C Adducit tertiam rationem contra positiones Democriti de corporibus indiuisibilibus. ponebat. n. Democritus corpora indiuisibilia esse p̄cipia rerū: et tamē dicebat diuisimodi corpora moueri et ferri in vacuo. sed tunc querit qd est qd mouet. i. per qd mouet h̄mōi diuisibile. figdē. n. aliqd. i. si mouet per aliud tūc est qd passiuū: et nō est p̄mū corpus. p̄ma enim corpora: q̄a sunt p̄cipia rerū: nō mouebant ab alio p̄cipio extrinseco. si autem ipsum indiuisibile corpus mouet fm seipsum: tunc vnūq̄q̄ tale corpus diuisibile erit: q̄ fm aliud est mouēs: et fm aliud motū. pbat enī in. 7. phisicorū q̄ omne qd mouet ex se ē diuisibile et in talia duo: q̄rum vnum est per se mouens et aliud per se motum: q̄a si nō esset fm aliud mouens et f3 aliud motum fm idem existerent contraria q̄ posito materia nō solū esset vna potentia idest fm potentiam essentialē: sed etiā esset vna potentia supple fm esse sub vitro. q̄ priorū postq̄ in eodē simul contraria ponitur h̄ autē rō simpliciter probat corpora q̄ ponit rerum p̄cipia non posse esse indiuisibilia. **C** Notandū autē q̄ alia littera habet h̄ conuersor: videlicet q̄ mā non esset vna numero: sed etiā vna potentia: qd ad eundem intellectum trahit: vt dicat materia vna potentia. idest mā vna fm dispositionem: q̄a tunc aliquid est proprie in potentia ad aliud quando est materia propinqua et disposita respectu illi⁹ vt eo absolute loq̄ndo est in potentia ad statūam: non tera vt probat. 9. metaphysice. debet ergo textus alterius translationis sic exponi q̄ si in eodem ponunt esse contraria materia nō solum erit eadem numero per essentiam: sed etiā est eardē potentia. i. erit eadem vt est propinqua et disposita: et vt accipitur fm esse qd falsum est.

L.c. 8.

Nōndū

L.c. 12.

L.c. 75.



C Aliq̄z quidē igif per pororum motionē inquirunt passionēs cōtingere. sed figdē et plenīs poris supfluūt poris. si enī patitur aliqd ita esse et si non poros habēs patiet eodē mo-

do: sed ipsum continuum ens.

Conprobatur opinio de actione et passione secundum corpora in diuisibilia que dicebat esse Democritum. In pre ista improbat opinionem per poros que dicebat esse Empedocle. Diuisibilis autem hec pars in duas partes, quia primo improbat talis opinio quantum ad agere et pati. 2° quantum ad modum agendi et patiendi ibi. (Diuisibilibus autem omnino corporibus.) Prima pars diuisibilis in tres: quia primo improbat dicta opinio secundum quod contrarium agit in sensum. 2° putabile sensibile agit in sensum. 3° improbat vniuersaliter quantum ad omnem actionem et passionem. 2° ibi. (Amplius autem quomodo contingit.) 3° ibi. (Vniuersaliter autem poros facere.) Ad euidenciam autem prime rationis notandum Empedocle posuisse actionem et passionem per poros: quia agens ingrediebatur per poros illos et replebat eos: quos replendo transmutabat passum. contra hoc autem arguens philosophus ait: quod quicquid inquit contingere passionem per motionem pororum. id est per hoc quod agens mouet et in greditur poros: siquidem quia plenus poris sit passio. superfluit poris: quia si aliquid patitur si ponatur ita esse habendo poros: patitur et eodem modo: et si non sic poros habet sed si ipsius ens continuus. Et notandum autem quod ponentes passionem fieri per poros ex quo ponebant poros repleri ex ipso actiuo non plus faciebant ibi porum nisi: quia per eos ponebant agens iuxta passum. Cum ergo possit esse actiuum iuxta passum poris non existens in superfluit porum. Et deinde cum dicit.

I.c. 76
Nōndū

Nōndū

I.c. 76

CAmplius autem quomodo contingit de inspicere et videre ut dicunt. neque enim secundum tactum contingit transire per transparentia neque per poros si plenus unusquisque. Quid enim differt non poros habere. omne enim sic erit plenum. sed et si vacua quidem hec. necesse autem corpora in eis habere: idem contingit rursus.

Conprobatur specialiter hanc rationem prout sensibile agit in sensum. et duo facit. quia primo permittit rationem. 2° remouet quandam cauillationem ibi. (Si autem talia.) Dicit ergo quod contingit accidere de inspicere. id est de videre. quasi dicat. quod sit visio: si est ita ut dicunt. ponebant enim sic loquentes transparentia plena poris: ut per tales poros fieret visio: ut radij visuales transiret pillos: et tangeret rem visam: vel secundum ipsa visibilia transiret per eos et fieret quidam contactus rei visibilis et visus. sed tunc queritur de his poris: aut sunt pleni. aut vacui: si sunt pleni non poterit vere transire radius vel res visibilis: ut fiat contactus rei visibilis ad visum. ideo ait quod sensus tactus non contingit transire transparentia neque per poros. Immo per poros si ponuntur pleni: quod sic omne. id est totum erit plenum. sed si ponantur porum vacui necesse est corpora habere in eis: tunc idem continget rursus: videlicet quod non erit ibi transitus. et per consequens quod non erit ibi visio. Et deinde cum dicit.

CSi autem talia secundum magnitudinem suam sunt ut non suscipiant corpus aliquod: ridiculum paruum quidem existimare vacuum: magnum autem non esse vacuum: quaecumque autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionem corporis. Quapropter manifestum quoniam omni corpori: scilicet secundum tumorem simile erit vacuum.

CRemouet quidam cauillationem. diceret forte aliquis quod magni porum replentur corpore non parui. contra hoc arguens ait: quod si ponatur vacua talia. id est ita parua secundum magnitudinem: ut non suscipiant corpus aliquod. ridiculum est par

uum existimare vacui et non susceptiui corporis. Immo ridiculi est quicquid aliquod vacui existimare dicere esse simpliciter. vacui enim non debemus dicere esse aliquid nisi regionem corporis: id est hoc possit esse vacui ab hoc corpore: vel ab illo. non tamen potest esse vacui simpliciter ab omni corpore: et quia in omni tali vacuo et in omni tali regione est aliquid corpus: manifestum est: quoniam omni corpori secundum tumorem. id est secundum magnitudinem est assignare equale vacui. id est equalem locum et equalem regionem. Et notandum autem quod sicut materia absoluitur ab hac forma vel ab illa: nunquam tamen absoluitur a forma simpliciter: ita locus absoluitur ab hoc corpore: vel ab illo: nunquam tamen absoluitur a corpore simpliciter. sed est dare vacuum secundum quod. et huiusmodi vacui nihil est aliud nisi regio: siue locus paruius vno corpore: et plenus alio: et ideo cuilibet regionem et cuilibet vacuo est adaptabile aliquod corpus. Et notandum etiam quod per hoc ratio prius assignata melius apparet. nam si visio sit per poros ut transeat inde visus vel res visa si illi porum ponunt pleni impeditur visio. si autem ponuntur vacui: quia non possunt poni vacui simpliciter: sed oportet eos ponere plenos aliquo corpore: quod erant in eis corpora aliqua. rursus pergitur idem: quod impeditur actus videndi. Et deinde cum dicit.

CVniuersaliter autem poros facere superfluum. siquidem enim nihil facit secundum tactum: neque per poros transiens facit. Si autem in tangendo et poris non entibus. hec autem patientur: hec autem facient ad se invicem hoc modo innatorum.

Costendit quod vniuersaliter non est poros ponere. et duo facit: quia primo facit quod dictum est. 2° epilogat. 2° ibi. (Quoniam ita.) Dicit ergo quod vniuersaliter poros facere superfluum est. siquidem nihil facit. id est nihil agit secundum contactum: neque transiens per poros aliquid faciens: cum porum non faciant nisi ut agens attingat passum. si autem in tangendo visus est actio poris non entibus: quod sine eis potest esse contactus: sed patientur: sed facient ad invicem modo innatorum. id est modo quod apta sunt nata agere et pati. Et deinde cum dicit.

CQuoniam ergo ita dicere poros ut quidam existimant aut mendacius aut inane est manifestum ex his.

CEpilogat dicens. quod manifestum est ex his que dicta sunt quod dicere ita esse poros: ut quidam existimant. aut est mendacium: quod est falsum: aut inane. id est superfluum: quia sine eis potest saluari actio et passio. Et deinde cum dicit.

CDiuisibilibus autem omnino corporibus entibus poros facere ridiculum est. secundum id enim quod diuisibilia sunt possunt separari.

Conprobatur positio de pororum quantum ad modum agendi et patiendi. diceret forte aliquis quod non esset necessarium poros ponere propter actionem ipsam: sed propter modum agendi ut facilius fiat actio. nam actiuum ingreditur passum: ideo est modicum agentis iuxta modicum passum. propter quod facilius sit actio et passio: ideo ait: quod corporibus entibus omnino diuisibilibus ridiculum est poros facere. secundum id enim quod diuisibilia sunt separari possunt: et poterit supplere esse modicum vnius iuxta modicum alterius absque positione pororum: sicut apparet in mixtura humidorum. omnino ergo superfluum poros ponere ut dicebatur.

CUo autem modo existit generare in entibus et facere et pati dicam.

CIn pre ista determinat philosophus de agere et pati secundum opinionem propriam. et duo facit: quia primo conueniat se ad dicenda. secundo exequitur de



Nōndū

Nōndū

I.c. 77.

intento ibi. (Accipientes principium.) Dicit ergo q. quō
erit generare. i. fieri in entibus facere et pati. dicam sup
ple fm opinionē ppriam: ex quo diximus quō sit actio et
passio scdm opinionem aliorum. Deinde cum dicit.

**Accipientes principium dictum multo-
tiens. Si enim est hoc potestate hoc autem
actu tale innatum est.**

**Exequitur de intento: et duo facit: quia pmo inuestigat
conditiones agentis et patientis. 2^o ex huius conditionib⁹
venatur defectum antiquorum ponentium poros propter
actionem: et passionem ibi. (Tunc quidem existimare pa-
ti.) Circa psum duo facit: q. pmo inuestigat conditōes
agentis et patientis ex parte ipsius actui et passiui. 2^o ex par-
te modi agendi et patiendi ibi. (Magis autem et minus.)
Circa primum duo facit fm q. duas tales conditiones in-
uestigat. 2^o ibi. (Non tum quidem patitur autem non.)
Dicit ergo q. vna conditio actui et passiui sumi debet ac-
cipiendo illud principium quod est dictum multotiens: vi-
delicet q. si hoc. i. passum est potestate. i. est in potentia: h
autem. i. agens est in actu tale est innatum agere et pati. est
ergo h conditio q. tale debet esse patientis in potentia qua-
le est agens in actu. Deinde cum dicit.**

**Non tum quidem pati tum autem nō pa-
ti. Sed omnino scdm quantum est tale.**

**Ponit scdm conditionem q. patientis debet esse passibile
fm quodlibet sui. nō tum pati. i. fm vnam partem est pas-
sibile: tum autē nō pati. i. nō patitur. sed omnino fm quā
cūq. ptem debet esse tale. Deinde cum dicit.**

**Magis autem et minus. secundum q. ta-
le magis est et minus. et hac vtiq. poros ali-
quis dicit et magis inesse vt in metallicis:
extendunt se passue non continue.**

**Assignat conditiones agentis et patientis fm modum
agendi et patiendi: tria facit: fm q. tres tales conditōes
assignat. 2^o ibi. (Continuum igitur.) 3^o ibi. (Similiter autē.)
Dicit ergo q. patientis debet pati magis et minus fm q. est
magis et minus tale. i. magis et minus dispositum. et addit
quomō potest ex hoc verificari positio de poros dicens. q.
hac intentione dicit aliquis magis congrue in esse poros:
vt dicamus poros nihil aliud esse q. partes magis passi-
uas: vt appet in metallicis. i. in nucleis vbi sodiuntur metal-
la nō extendunt se vne continue passue: et si tales vne et ta-
les ptes magis passivas vellemus appellare poros cont-
git poros esse. Deinde cum dicit.**

**Continuum igitur vnumquodq. et vnus
ens impassibile.**

**Assignat secundam conditionem q. passum si sit conti-
nuum et vnumquodq. et per omnem modum quod non
sit scindibile: nec suscipiat peregrinas impressiones est im-
passibile ens. Deinde cum dicit.**

**Similiter autem et non appropinquantia.
nec sibi ipsis: neq. alijs que facere innata
sunt et pati. dico autem. verbi gratia. non so-
lum tangens calefacit ignis. Sed et si lon-
ge sit. aerem quidem ignis: aer autem cor-
pus calefacit innatus facere et pati.**

**Ponit tertiam conditionē q. non appropinquantia ne-
q. sibi ipsis neq. alijs que sunt apta nata facere et pati. i.
quādo agens nō appropinquat passio: nec per seipm: nec
per medium non sit passio et exponit quid est appropinquā-
re alijs: et per medium dicens. verbi gratia. nō solum ignis**

tangens calefacit aliquod corpus: sed et si longe sit potest
ipsum calefacere: vt si ignis calefacit aerem: aer autem ca-
lefacit corpus remotum ab igne: tunc aer est innatus face-
re et pati. Notandum autem has esse tres conditiones ex
modo et ordine agendi et patiendi. q. vt passum ordinatur
ad agens debet esse aliquo modo dispositum: et debet esse
aliquo mō scindibile: et debet esse imporimatum: vel per
seipsum. vel per medium. Deinde cum dicit.

**Tum quidem existimare pati. tum autem
non: determinantes q. in principio hoc di-
cendum. siquidem enim non vbiq. diuisibi-
lis magnitudo. sed est corpus indiuisibile
aut latitudo non vtiq. erit vbiq. passibile:
sed neq. continuum nullum.**

**Ex conditionibus assignatis inuestigat defectum anti-
quorū. et duo facit: q. pmo ostendit quomō passum pati-
tur fm quodlibet sui. 2^o assignat antiquorū defectum. 2^o ibi.
(Si autē hoc mendacium.) Dicit ergo q. existimare corp⁹
tum pati tum autē nō. i. nō pati fm quodlibet sui vt determi-
nemus et declaremus istud dictum resumendum est q. in
principio tetigimus. dictum enim fuit in principio cum sol-
uebat dubitatio Democriti et ostendebat quomō latebat
paralogismus q. magnitudo est diuisibilis in semp diuisi-
bilis. si ergo nō esset vtiq. magnitudo diuisibilis in semp
diuisibilis: sed supple relictum ex diuisione esset corpus in-
diuisibile: aut latitudo nō vtiq. erit corpus passibile esse
quālibet sui ptem: q. p. indiuisibilis non potest esse susce-
ptibilis passionis: sed neq. continuum nullum esset corp⁹:
supple si staret diuisio ad indiuisibilia. est ergo hec ratio:
q. corpus patitur fm omne sui: q. est diuisibile fm ptes
omnifariam diuisibiles. 3^o ergo indiuisibile nō sit suscepti-
uum passionis: q. nulla pars corporis est indiuisibile fm
omne sui: est passibile corpus. Deinde cum dicit.**

**Si autem hoc mendacium et omne corpus
diuisibile nihil differt differentie diuidi. aut
tāgere aut vtiq. diuisibile esse. si enim segre-
gari potest secundum tactus: vt aiunt qui-
dam: et si nondum est diuisum possibile erit
diuisum possibile enim diuisum esse.**

**Assignat ex hoc defectum antiquorū. Ad euidentias
cuius est notandum antiquos phos ponentes poros in hoc
defecisse: q. credebant oportere corpus actu diuidi: vt fie-
ret actio et passio: qd nō est verū. sufficit enim corpus eē di-
uisibile vt h fiat. pōt enī aer successe ptes calefieri abs-
q. eo q. vna pars diuidatur actu ab alia pte. duo ergo fa-
cit in assignando h mōi defectum: q. pmo dicit q. nō opz
ponere passum esse actualiter diuisum ad hoc q. patiat.
2^o assignat incōueniētia que sequunt h ponentes ibi. (Uni-
uersaliter autē h gfiari.) Dicit ergo q. si h est mendacium q.
corpus sit diuisibile in indiuisibilia. sed est diuisibile oē. i.
fm oēm ptem nihil differt dicē corpus diuidi in actu: aut
agens tangere corpus actu diuisum: aut esse diuisibile: q.
pōt fieri passio absq. hoc q. diuidatur in actu. nam si cor-
pus potest segregari fm tactus: vt quidam aiunt: et si nō
dum est diuisum actu possibile esset diuisum esse scdm ta-
ctus. Enim pro q. q. est possibile esse diuisum supple fm
quātitatem. Notandum autē q. diuidi fm tactum est di-
uidi scdm actionē agentis. tūc enī aer diuidit fm tactum
ignis: quādo pns tangit et calefit ab igne scdm vna ptem
q. fm aliam. Est g in etiā phs q. ad hoc q. passum diui-
dat p tactu agentis nō opz q. sit actu diuisum fm gtrita-
tē: h sufficit q. sit potētia diuisibile. Deinde cum dicit.**

Marli. de ge.

DD iij

Nōndū

L. c. 79^o

Nōndū

Nōndū

Universali ter autem generari hoc modo scissis corporibus est inconueniens. destruit enim hic sermo alterationem.

Assignat inconuenientia que sequuntur ponentes quod ut fiat passio necesse est corpus actu diuisum quantitate et diuisum in partem. et duo facit scilicet quod ad duo inconuenientia adducit. primum enim ostendit quod hec positio destruit alterationem. 2^o quod destruit augmentum ibi. (Amplius autem neque augmentatio.) Circa primum duo facit. quod primum mittit quod intendit. 2^o manifestat quod dixerat ibi. (Videmus enim idem.) Dicit ergo quod dicere vniuersaliter. id est absolute et simpliciter generari hoc modo actionem et passionem scissis corporibus ita quod non possit fieri passio nisi corpora actu scindantur. hic sermo est inconueniens quod destruit alterationem. Deinde cum dicit.

Videmus enim idem corpus continuus ens quandoque quidem humidum quandoque autem coagulatum: non autem diuisione et compositione hoc patiens. neque conuersione et tactu: sicut ait Democritus. neque enim transductum neque transpositum secundum naturam neque transmissum coagulatum ex humido generatum.

Manifestat quod dixerat. et duo facit scilicet quod dupliciter manifestat. 2^o ibi. (Neque autem nunc insunt.) Dicit ergo quod predicta positio repugnat apparenti alterationi. videmus enim idem corpus continuum ens non scissum quandoque quidem humidum quandoque coagulatum. et hic non est patiens nec diuisio nec compositio: ut quod a thomi diuisantur vel componantur adinuicem: nec conuersione: ut quod posteriores fiant anteriores: vel e contra: ut dicebat Democritus. ergo corpus quod non est transductum. id est transmissum: vel transpositum quod pars anterior fiat posterior: nec est transmissum quod pars superior fiat inferior. id est nullas scissuras. nullam diuisio nem est passum in partibus: et tamen ex humido generatum et factum est coagulatum. potest ergo esse alteratio absque actu ali diuisio. Deinde cum dicit.

Neque autem nunc insunt dura et coagulata indiuisibilia tumoribus sed similiter omne nunc humidum: quandoque autem durum et coagulatum est.

Manifestat hoc alio modo. dicens. quod facta tali alteratione corpori sic coagulato. nunc de nouo non insunt corpora dura et coagulata et indiuisibilia tumoribus. id est secundum magnitudinem: sed similiter omne. id est totum non habendo alias partes: vel plures ut diuisum. quandoque quidem est humidum: quandoque autem est durum et coagulatum. **N**otandum autem quod philosophus ait humidum fieri coagulatum absque eo quod insint ei corpora dura et coagulata. Ad remouendum opinionem Democriti qui poneret actionem et passionem fieri per corpora indiuisibilia: voluit humidum non fieri coagulatum: nisi aliqua corpora indiuisibilia dura et coagulata subingerentur illud humidum. Deinde cum dicit.

Amplius autem neque augmentationem possibile esse et diminutionem. non enim quodcumque erit factum maius siquidem. sed erit appositio et non esse transmutans aut mixto alio aut secundum se transmutante.

Ostendit hanc positionem destrui augmentum. ponebant enim antiqui alimentum ingredi poros aliter: et sic augmentare ipsum: sed si hoc esset nunquam cresceret ipsum alimentum: sed

solum porus eius essent repleti: sicut nec cresceret mitrus in altum si foramina eius obturarentur. ideo autem quod secundum hanc positionem non est possibile esse augmentationem et diminutionem: quod hoc posito quod dicitur. id est quilibet pars aucti non esset secundum quid maius: sed solum erit appositio ad illos poros. imo secundum hanc positionem non ponitur augmentum: eo quod alimentum conuertatur in membra. ideo hoc posito cibum non erit transmutans et alterans membra: et membra non erit aliquid aliud mixtum propter ipsum cibum: quod cibum non admiscebitur membris: nec ingredietur ipsis propter: sed solum subtrahit vacuitates eius: et membra non erit secundum se transmutans ipsum alimentum: que omnia requirunt ad augmentationem. **U**ltimo cum dicit.

Quid igitur est generare et facere et generari et pati adinuicem: et quomodo contingit et quomodo inquirunt quidam non: contingit autem: determinatum sit hoc modo.

Epylogat dicens. quod quid est generare et facere: et generari et pati adinuicem: et quomodo inquirunt et loquuti sunt antiqui determinatum sit hoc modo et.



Eliquum autem videndum de mixture secundum eundem modum methodi. hoc enim erat tertium propositum a principio.

Postquam philosophus determinauit de tactu et actione et passione hic tertio determinat de mixture: et duo facit: quod primo continuat dicta dicendis. secundo requirit de proposito ibi. (Scrutandum autem quid est.) Dicit ergo quod reliquum videndum est de mixture secundum eundem modum methodi. id est secundum eundem modum artis superius assignate. huius enim mixture fuit tertium propositum a principio. Exequis ergo duobus: ut de actione et tactu secutum illam methodum: restat exequi de mixture. Deinde cum dicit.

Scrutandum autem est quid mixtio: et quid miscibile: et quibus existit entium: et quomodo. Amplius autem utrum ne est mixtio: an hoc mendatum.

Exequit de intento. et duo facit: quod primo enumerat que sunt dicenda de mixture. secundo exequit de illis ibi. (Impossibile est enim.) Dicit ergo quod scrutandum est quid est mixtio: et quid est miscibile: et quibus existit entium. id est qualibus entibus existit mixtio: et quomodo fiat mixtio: aut est mendacium mixturem esse. Deinde cum dicit.

Impossibile est enim alterum altero misceri quemadmodum dicunt quidam: entibus quidem adhuc mixtis et non alteratis: non magis nunc mixta esse quam prius inquirunt: sed consimiliter se habere.

Incipit inquirere de predictis. **A**d cuius euidentiam notandum quod cum quicquid sunt proposita inter ea: tunc duo sunt ex quorum declaratione dependet veritas aliorum. nam si sciremus: an sit mixtio: et quomodo fiat mixtio: sciremus quod est mixtio: et que sunt miscibilia: et quibus. id est qualibus entibus existit mixtio siue que entia sunt miscibilia. duo ergo facit: quod primo inquit an sit mixtio. secundo quomodo fiat mixtio ibi. (Continuum autem huius quoniam.) Prima pars diuiditur in duas: quod primo obicit mixturem non esse. secundo habet obiectionem soluit ibi. (Hic quidem videtur sermo.) Mixtibilia autem tripliciter se habere possunt: quod vel ambo manet vel ambo sunt corrupta: vel alterum est corruptum: et alterum manet. tria ergo facit: quod primo ostendit mixturem non esse: si ambo miscibilia manet. secundo ostendit non esse mix-

Nondum

L.c. 81.

L.c. 82.

L.c. 83.

Nondum

L.c. 84.

L.c. 85.

tionem si alterum corrumpatur. tertio ostendit hoc non esse si ambo sint corrupta. secunda ibi. (Altero autem corrupto.) tertia ibi. (Eodem autem modo.) Dicit ergo quod quod admodum quidam dicunt impossibile est alteri alteri misceri: quod mixtio adhuc entibus. id est permanentibus: et non alterationis non magis inquit nunc mixta esse quam prius. sed contingit hominibus miscibilia consimiliter se habere nunc et prius. si ergo prius non erat mixtio: nec nunc. non ergo est mixtio si ambo miscibilia maneat. Et deinde cum dicit.

Altero autem corrupto: non mixta esse. sed hoc quidem esse hoc autem non esse. mixtionem autem similiter habentium esse.

Ostendit mixtionem non esse si alterum corrumpatur. dicens. quod altero corrupto non contingit mixta esse. sed hoc scilicet manens contingit esse: hoc autem scilicet corruptum non esse: et quod mixtio est similiter se habentium: cum hoc posito mixta non se habeat similiter: sed unum sit corruptum et aliud manens non erit ibi mixtio. Et notandum autem quod mixta debent se habere similiter: et non similiter debent se habere. similiter vero sunt in mixto: quod nullum eorum debet esse in actu: sed quodlibet in potentia. sed ante mixtionem: et post non debet se habere similiter: quod ante mixtionem debet esse in actu. cum vero sunt in mixto debent esse in potentia. prima ergo ratio ostendebat mixtionem non esse manentibus miscibilibus: quod se habebunt similiter miscibilia ante mixtionem et post. Secunda vero ratio ostendit mixtionem non esse altero miscibilium corrupto: quia non se habent similiter ut sunt mixta: et sic soluitur controuersia que videtur esse in textu cum primo probatur mixtionem non esse: quod miscibilia se habent similiter. secundo vero ostenditur hoc non esse. quia non se habent similiter. Et deinde cum dicit.

Eodem modo et si ambobus conuenientibus corruptum est alterutrum mixtorum. non enim esse mixta nullatenus entia.

Ostendit mixtionem non esse si ambo miscibilia sint corrupta dicens. eodem modo mixtionem non esse: scilicet ambobus miscibilibus conuenientibus corruptum est alterum mixtorum. nam cum miscibilia sint corrupta: et sint nullatenus entia: mixta esse non poterit. Et deinde cum dicit.

hic quidem videtur sermo querere quid differt actu mixtio a generatione et corruptione. et quid miscibile a generabili et corruptibili. manifestum enim quod oportuit differre si est mixtio quapropter his entibus manifestis quesita soluentur utique.

Soluit ad obiectiones factas. et duo facit. quia primo dat modum et viam ad soluendum predicta. secundo illam viam prosequitur ibi. (At vero neque.) Dicit ergo quod iste sermo videtur querere quid. id est in quo differt mixtio a generatione et corruptione: et quid differt miscibile a generabili et corruptibili. nam manifestum est quod si est mixtio: oportet eam differre a talibus transmutationibus. et subdit quo modo hec valent ad quesita. dicens. quod manifestis his entibus: videlicet quomodo differt mixtio ab alijs quesita soluentur. Et deinde cum dicit.

At vero neque materiam igni misceri dicimus neque misceri cum exardet. neque ipsam ipsis particulis nec igni: sed ignem quidem generari: hanc autem corrumpi.

Prosequitur dictam viam. et duo facit: quia primo separat mixtionem ab huiusmodi transmutationibus. secun-

do ex hoc soluit obiectiones. secunda ibi. (Quoniam autem sunt hec.) Notandum autem quod mixtio non solum est alia a generatione: sed etiam ab augmento: et alteratione. ad generationem autem concurrunt materia et forma. ad augmentum vero nutrimentum et nutritum ad alterationem quidem subiectum et accidens. et quia materia non miscetur formae: nec cibum corpori: nec figuram cere: mixtum nec est generatio: nec augmentum: nec alteratio. tria ergo facit: quia primo separat mixtionem a generatione. secundo ab augmento. tertio separat eam ab alteratione. secunda ibi. (Secundum autem modum.) tertia ibi. (Neque figuram.) Dicit ergo quod materiam non dicimus misceri igni: nec figuram dicimus commisceri combustibili cuius exardet ipsum: ita quod combustibile: quod est quasi materia ignis: nec miscetur ipsi igni secundum se totum: nec etiam ipsis particulis ignis: sed ignem. siquidem ex tali combustionem dicimus generari hanc autem materiam: scilicet combustibile dicimus corrumpi propter quod differt mixtio a generatione. Et deinde cum dicit.

Secundum autem modum eundem neque corpori cibum.

Separat mixtionem ab augmento. dicens. quod secundum eundem modum differt mixtio ab augmento: quod cibum non dicimus commisceri corpori cibato: quod tale corpus manet: cibum autem corrumpitur. Et deinde cum dicit.

Neque figuram cere mixtam neque figure tumorem neque corpus et albus: neque totaliter passiones et habitus posse esse mixta rebus. saluata enim videtur.

Separat mixtionem ab alteratione. ad alterationem enim concurrunt accidens et subiectum. ostendere ergo mixtionem ab alteratione differre est ostendere accidens et subiectum non esse miscibilia. tria autem facit. nam primo ostendit accidens non misceri subiecto. secundo ostendit quod accidens non miscetur accidenti. tertio ex his que dixerat increpat opiniones quorundam philosophantium. secunda ibi. (Sed tamen nec albus.) tertia ibi. (Sed hoc dicunt.) Dicit ergo quod non dicimus figuram cere mixtam nec figure tumorem. id est quantitatem cere. quasi dicat. quod figura et cera non sunt miscibilia quantum ad artificialia: nec corpus et album misceri possunt: quantum ad naturalia. et totaliter: id est vniuersaliter passiones et habitus: siue sint naturaliter: ut albedo corpori: siue artificialiter: ut figura cere non conuenit esse mixta rebus. id est substantijs suis. et est ratio: quia talia saluata esse videntur. nam passio manet passio et subiectum manet subiectum: miscibilia autem non manent actu in mixto. Et deinde cum dicit.

Sed tamen neque album et disciplinam continet misceri: neque aliud non separabilius aliquid.

Ostendit passiones non esse miscibiles adinuicem. dicens. quod si non conuenit simul misceri disciplinam et album: nec aliquid aliud de numero non separabilium: quasi dicat. miscibilia possunt habere per se esse: et sunt separabilia. accidentia non sunt hominibus: ideo misceri non possunt. Et deinde cum dicit.

Sed de hoc dicunt quidem non bene omnia quandoque simul esse dicunt et mixta esse. non enim omne omni miscibile. sed oportet existere separabile utrumque mixtorum. passionum autem nulla separabilis.

Increpat ex hoc opinionem quorundam antiquorum. dicens. quod non bene dicunt quidam omnia aliquando simul fuisse mixta. non enim omne omni est miscibile: sed oportet existere separabile utrumque mixtorum. passionum au-

Nōndū tem nulla est separabilis. **C** Notādus autem q̄ videtur fuisse opinio. Anaxagore omnia fuisse mixta: vt patet ex primo physicorum. **C** Deinde cum dicit.

I.c. 84 **Q**uoniam autem sunt hec quidem potētia hec autem actu entium. contingit mixta esse qualiter et non esse actu quidem ente ali quo generato ex ipsis. potentia autē adhuc utroq; quid erant ante q̄ miscerentur et nō partita. hic autem sermo quesuit prius.

C Ex differentia mixtionis ad alia soluit obiectiones factas. nam dicte obiectiones querunt quomodo miscibilia manent et sint in mixto: h̄ autem non manet vt penitus corrupto: cum mixtio differat a generatione et corruptio: nec manent vt saluata: cum differat mixtio ab alteratione: quia non manent miscibilia saluata vt manent albedo et corpus. cū ergo queritur num est mixtio: aut nūc manent ambo miscibilia: aut neutra: aut alterum dici debet q̄ ambo manent potentia et virtute: neutrum autem manet actu et secundum esse. Duo ergo facit philosophus: quia primo ostendit quomodo miscibilia manent: et quo modo non manent. secūdo quod dixerat manifestat ibi. (Videntur enim que miscerentur.) Dicit ergo q̄ entia hec quidem sunt potentia hec autē actu. mixta vt sunt in mixto conueniunt qualiter esse: quia sunt potentia: conueniunt autem qualiter non esse: quia non sunt actu. nam actu aliquid est generatum ex ipsis. mixtus ergo est in actu quod generatur ex miscibilibus: non autem ipsa miscibilia sūt: sed potentia: quia ad hoc utrunq; miscibilium sunt potētia vt redeant ad naturam suam: et non sunt que erant antequam miscerentur: et cum erant partita: id est diuisa et addit q̄ hic sermo quesuit prius: id est fuit primo quesitus. obiectiones enim prius facte solum hoc querebāt: scilicet quō miscibilia sunt in mixto. **C** Deinde cum dicit.

Videntur enim que miscerentur prius ex separatis puenientia et possibilia separari rursum. neq; manent igitur actu vt corpus et album neq; corrumpuntur. neq; alterum neq; ambo. saluatur enim virtus eorum: ideo hec quidem relinquuntur.

C Manifestat quod dixerat: videlicet q̄ miscibilia non manent actu: sed potentia dicens. q̄ que miscerentur ex prius separatis sunt conuenientia: et possibilia sunt separari rursum igitur miscibilia non manent actu vt corpus et album: quia tunc ex eis non fieret aliquid vnum: nec casu p̄tur supple omnino: neq; alterum neq; ambo. manent enim virtute et potentia. saluatur enim virtus eorum: et q̄ debet: videlicet vtum sit dare mixtionem sufficienter dictum est: ideo hec relinquuntur.

I.c. 85.



Scontinuum autem his questionē dicēdum vtum ne mixtio ad sensum est. vt quando ita in parua diuiduntur que miscerentur et ponuntur adinuicem hoc modo vt nō manifestus sit sensui vnum quodq; tunc mixta sunt.

C Postquam philosophus venatus est vtum sit possibile mixtio. In parte ista venatur quomodo contingat mixtionem fieri. et duo facit: quia primo ponit opinionē aliorum. secūdo opinionem propriam ibi. (Sunt utq; vt diuimus.) Circa primum duo facit: quia primo ponit aliorum opinionē. secūdo eas improbat ibi. Quoniam autem

I.c. 87.

tem non est. **C** Ad euidētiam autem dicendū notandum omnia antiquos in hoc defecisse: quia non ponebāt mixtionem fieri per mutūam transmutationem: ita q̄ ex miscibilibus resisteret natura vna communis et media: sed ponebant mixtionem fieri eo q̄ minimum vnius ponebatur iuxta minimum alterius. sed minimum tripliciter sumi potest: videlicet secundum subiectum secundū formam: et secundum quantitatem. Prima ergo pars diuiditur in tres partes: quia primo ponit opinionem ponentium mixtionem quantum ad minima secundū subiectum. secūdo quantum ad minima secundū formam. tertio quantum ad minima secundū quantitatem. secūda ibi. (Aut non sunt.) tertia ibi. (Si autem est omne.) Continuetur sic. ostensum est: an sit mixtio. Sed dicendū est vltius continuam questionem his que dicta sunt. videlicet quomodo mixtio est: vtum ne est mixtio ad sensum vt dicamus q̄ tūc miscibilia mixta sunt quando miscerentur in ita parua que diuiduntur et ponuntur hoc modo adinuicem vt vnum quodq; miscibilium non sit manifestum sensui: ita q̄ sit mixtio quantum ad minima secundū sensum. **C** Deinde cum dicit.

Aut non sunt sed vt quecūq; secus quam cūq; sit particulam mixtorum dicitur illo modo. verbi gratia ordeus mixtum frumēto quando quodcūq; secus quodcūq; ponet.

C Ponit secundam opinionem que ponebat mixtionem quantum ad minima secundum formam dicens. aut nō sunt supple mixta quantum ad minima secundum sensum. sed cum quecūq; particula supple secundum formam sit secus quacūq; particulam mixtorum illo modo dicitur mixtio. verbi gratia. ordeus est mixtum frumēto quandoq; granum ordeus ponetur secus quodcūq; granum frumēti. **C** Notādum autem q̄ vnum granum ordeus vel frumēti non est minimum secundum sensum: quia possumus sentire minus vno tali grano: nec est minimum secundū quantitatem: quia quodlibet tale granum quantitate est diuisibile in semper diuisibilia si est minimum secundū formam: quia diuisio vno grano frumēti non vltius videtur ibi reseruati talis speciei: ideo de minimo secundū formam videtur. hanc opinionem intelligi. **C** Deinde cum dicit.

Si autem est omne corpus diuisibile si est corpus corpori miscibile omniomeres quacūq; vtiq; opz partē fieri secus quamcūq;.

C Ponit tertiam opinionem que dicit: q̄ si corpus est diuisibile omne id est totaliter: et corpus est miscibile corpori omniomeres: id est secundum vnam et eādem rationem in toto et in partibus: oportet quodcūq; id est partem quacūq; minimam secundum quantitatem fieri secus quacūq; partem: ita vt sit mixtio totaliter: et secundum minimam quantitatem. **C** Deinde cum dicit.

Quoniam autem non est in minima diuidi. Neq; compositio idē et mixtio sed aliud. manifestum q̄ neq; secundū parua saluata oportet que miscerentur dicere mixta esse. compositio eni erit et nō praxis neq; mixtio.

C Improbatur p̄dictas opinioes: et tria facit: q̄ p̄mo improbat scō 3. scō 2. improbat p̄mā. tertio improbat tertiā. 2. ibi. (Si autē scōm parua.) tertia ibi. (Neq; diuisio.) Prima in duas scōm q̄ dupliciter improbat. scō 3. ibi. (Neq; habebit.) Dicit ergo quoniam autem non est diuidi in minima supple scōm formam vt compositio talis sit mixtio: quia

Nōndū

Nōndū

I.c. 86.

neq; idem est compositio et mixtio: sed aliud quod pro quia neque que miscentur secundum parua saluata. id est secundum minima in quibus saluatur forma et species. talia enim non contingit dicere esse mixta: erit enim ibi compositio et non paria. id est opere ratio et transmutatio: et per consequens mixtio. est ergo vis rationis: quod quantum ad minima secundum formam non est mixtio quia: talia manent intransmutata secundum suam speciem et saluata. C Deinde cum dicit.

Neq; habebit eandem rationem cum toto per. dicimus autem oportere si mixtura est aliquid. mixtura omnium esse. ut quemadmodum aqua pars aqua ita et temperati.

Ponit secundam rationem. nam si sic esset mixtio: pars non haberet eandem rationem cum toto: quia non quilibet pars mixti esset mixta. dicimus tamen hoc oportere si mixtum est aliud. oportet enim mixtum esse omnium. id est eiusdem rationis in toto et in partibus: ut quemadmodum quilibet pars aque est aqua: ita et quilibet pars temperati. id est mixti debet esse mixta. non ergo est mixtio quantum ad minima secundum formam: quia ibi esset signare partem non mixtam. C Deinde cum dicit.

Si autem secundum parua compositio esset mixtio et nihil contingeret horum: sed solum quod mixta ad sensum et ideo huic quidem mixtura si non videt quis acute: linceo autem non mixtum videbitur.

Improbat opinionem primam ponentem mixtiones quantum ad minima secundum sensum dicens: quod si fiat mixtio. id est parua quantum ad sensum: mixtio esset idem quod compositio: et hoc posito nihil contingeret horum que requiruntur ad mixtionem: sed solum diceremus quod mixta essent ad sensum. In mixtione enim requiruntur quod quilibet pars mixti sit mixta: et quod miscibilia non maneat actu: manerent enim miscibilia: et non quilibet pars mixti mixta esset: sed si fieret mixtio ad sensum nihil horum esset: et ulterius est inconueniens hoc dicere: quod idem huic esset mixtum si non videret acute. linceo autem qui acute videt: non videbitur mixtum: quia non latebit visum eius: quod potest latere visui alterius. C Deinde cum dicit.

Neq; diuisione ut quicumque secus quicumque pars impossibile enim ita diuidi. aut igitur non erit mixtio aut dicendum est hoc quomodo contingit fieri rursus.

Improbat opinionem de minimo secundum quantitatem dicens: quod neque diuisione quantitativa supple contingit mixtionem fieri: ut quicumque pars sit secus quamcumque partem: nam impossibile est ita diuidi corpus. secundum minima secundum quantitatem: aut igitur non erit mixtio: aut dicendum est rursus secundum opinionem propriam. quomodo contingit fieri hoc. id est fieri mixtum. C Deinde cum dicit.

Sunt utique ut diximus entium: hec quidem actiua: hec autem passiva ab his. hec igitur conuertuntur quorum eadem natura est actiua et passiva adinuicem. Hec autem faciunt impassibilia entia quorum non est eadem materia.

Ostendit quomodo sit mixtio secundum opinionem propriam. et duo facit quia primo premitit quedam necessaria ad propositum. secundo ostendit quomodo fiat mixtio: ibi (Acti uorum autem et passiuorum.) Circa primum duo facit

secundum quod duo talia premitit. secunda ibi. (Horum quidem igitur.) Dicit ergo: quod ut prius diximus quedam entium sunt actiua et passiva ab his id est ad se invicem. quedam non. et addit quod conuertuntur: quia quorum est eadem materia sunt actiua et passiva adinuicem et conuerso: et que faciunt et agunt impassibilia entia. non ergo est eadem materia et conuerso. C Deinde cum dicit.

Horum quidem igitur non est mixtio ideoque neque medicina facit sanitatem: neque sanitas est mixta corporibus.

Ponit preambulum dicens: quod horum non habentium eandem materiam non est mixtio. ideo medicina id est ars medicine non facit sanitatem supple miscendo se ei neque sanitas est mixta corporibus. C Notandum autem quod ars medicine non communicat in materia cum sanitate: quia talis ars est in anima. sanitas vero in corpore. Rursus sanitas non communicat in materia cum corporibus: quia corpora habent materiam ex qua. sanitas vero et omnia accidentia non habent materiam ex qua: sed in qua. C Deinde cum dicit.

Actiuorum autem et passiuorum quaecumque sunt facile diuisibilia multa quidem paucis et magna paruis composita non faciunt mixtionem: sed augmentationem dominantis: transmutatur enim alterum in dominans: ideo gutta vini mille millibus amphoris aque non miscetur. soluitur enim species et transmutatur in omnem aquam.

Postquam ostendit quod communicantia in materia sunt adinuicem impassibilia et miscibilia. non communicantia vero nec agunt passiva: nec miscentur adinuicem. In parte ista ex his preambulis ostendit quomodo fiat mixtio. et duo facit: quia primo ostendit quomodo non contingit fieri mixtionem. secundo vero quomodo contingit eam fieri. secunda ibi. (Quando autem potentius.) Dicit ergo quod quaecumque de numero actiuorum et passiuorum adinuicem communicantia in materia sunt facile diuisibilia si in talibus multa misceantur paucis et magna paruis: si composita non faciunt mixtiones: sed augmentationem dominantis: vincunt enim magna et non miscentur cum paruis: sed augmentantur ex eis: transmutatur enim alterum: id est paruum in dominans: id est in magnum et multum: ideo si gutta vini ponatur in mille millibus amphoris aque non miscetur: id est non est ibi mixtio. soluitur enim species vini et transmutatur. id est conuertitur in omnes: id est in totam aquam. C Deinde cum dicit.

Quando autem potentius adequantur equaliter tunc transmutatur utriusque in dominans ex sui ipsius natura: non generatur enim alterum sed medium commune.

Ostendit quomodo sit mixtio dicens: quod quando miscibilia adequantur equaliter. id est aliquo modo potentius: tunc utriusque ex natura sui ipsius transmutatur in dominans. id est transmutatur in naturam mediam que dominatur in mixtione: ideo addit quod non generatur ibi alterum miscibilium: ita quod unus totaliter dominetur et conuertat alterum ad naturam suam: sed generatur ibi medium commune. id est aliqua natura media in qua non actu et secundum esse: sed potentia et virtute referuatur utriusque miscibilium. Cum ergo queritur quomodo sit mixtio debet dici quod sit miscibilium comu-

Non dicitur

ars medicine non communis materia in sanitate non generatur mixtura

I. c. 88.

I. c. 89.

I. c. 89.

I. c. 87

I. c. 88.

Manifestū igitur ex his que dicta sunt quod est mixtio: et quod est mixtio: et quare est: et que sunt miscibilia entium: quoniam sunt quedam qualia passiva adiuncta et bene determinabilia et bene diuisibilia: hec enim neque corrupta esse ne cessarium quando mixta: neque adhuc simpliciter eadez esse que prius: neque compositiones esse mixtionem eorum neque ad sensum: sed est miscibile quodcumque bene determinabile ens passivum fuerit et actiuum: et tali miscibile est: ad omniomeron enim miscibile.

Epilogat circa determinata dicens: manifestus esse ex his que dicta sunt: quod est mixtio: et quare est: et quod modo est mixtio: et que de numero entium sunt miscibilia: quoniam sunt ea que sunt quedam qualia. i. contraria passibilia adiuncta et bene determinabilia sicut sunt humida et bene diuisibilia sicut sunt non vinctuosa nec viscosa: et manifestum est necessarium: quod si miscibilia quando sunt mixta necesse est corrupta simpliciter: neque ad hec simpliciter esse eadez eadem dico quod prius: quod non manent in actu secundum esse: etiam manifestum est mixtionem non esse compositionem: neque esse ad sensum tantum: sed ut dictum est miscibile est quodcumque bene determinabile: quod est simul passivum et actiuum: et dictum est non quodlibet esse miscibile cuilibet: sed esse miscibile tali quod est ei aliquo modo equatum in potentia et virtute et habitus est quod miscibile et quod ipsum mixtum est omniomeron. i. est eiusdem rationis in toto et in partibus: et quod pars mixti est mixta. **U**ltimo cum dicit.

Mixtio autem est miscibilium alteratorum unio.

Ex predictis determinat hanc questionem quid est mixtio que in enumerando quesita fuit primo proposita: et ait quod mixtio est unio miscibilium alteratorum. **A**d cuius evidentiam notandum quod sicut manent miscibilia in mixto sic videntur in eorum non autem formaliter et in actu manent secundum substantias: sed manent secundum virtutes: saluatur enim virtus eorum quod manent secundum qualitates actiuas et passivas: mixtum enim potest esse actu frigidum vel actu calidum: nunquam tamen est actu ignis vel actu aqua: formaliter ergo et in actu qualitates prime referuntur aliquo modo in mixto: sed formaliter et in actu forme substantiales elementorum in mixto referuntur non possunt: quod tunc mixtum non esset essentialiter aliud quod unum: et quolibet pars mixti non esset mixta: vtrum autem tales forme aliquo modo referuntur in mixto dicitur in declarationibus: et etiam hoc tangit in 2º libro in illo capº. De elementis autem ex quibus corpora constituta sunt. Nulli enim dubium esse debet. quod magis formaliter et in actu sunt qualitates prime in mixto quod forme elementorum: imo dicere possumus quod omnes qualitates prime referuntur in quolibet mixto: nam mixtum quod nec habet humiditatem nec siccitatem secundum excellentiam et in summo: sed habet tales qualitates fractas et remissas aliquid participat de humido et sicco: sic etiam quod nec habet frigiditatem nec caliditatem: sed excellentiam aliquid participat de calido et frigido: si ergo miscibilia non manent secundum substantias: quia generatio et corruptio respiciunt ipsam substantiam: mixtio non est proprie unio miscibilium generatorum nec corruptorum: imo dicere mixtionem esse unionem miscibilium corruptorum est dicere oppositum in adiecto. corrupta enim secundum quod homines non manent: cuius igitur mixtio non sit unio miscibilium nisi ut manent et ut sunt in mixto cum non sint in eo nec maneant ut sunt corrupta: non est bene dictum: quod mixtio sit miscibilium corruptorum unio. quod autem non sit mixtio unio miscibilium generatorum de leui

p3: quod ex mixtione non generant miscibilia: sed generant aliquid quod est ut ipsius mixtum. bona est ergo sententia philosophi quod mixtio est miscibilium alteratorum unio. nam cum alteratio respiciat virtutes et qualitates actiuas et passivas: quia secundum talia ununtur et manent miscibilia in mixto. ideo hoc mixtio est unio miscibilium alteratorum. dicitur autem unio miscibilium alteratorum: non tamen saluantur miscibilia in mixto sed virtutes excellentes et in summo: sed remisse et alterate: ideo est miscibilium alteratorum unio. In hac autem declaratione si est aliquid premissum forte suo loco alibi supplebitur. **E**t in hoc terminatur summa primi libri de generatione. Ideo consequenter secundum Aggrediamur.



E mixtio quidem igitur: et tactu et de facere et pati dictum est quod existat transmutantibus sed naturam. Amplius autem de generatione et corruptione aliqua: et simpliciter: et quod est: et propter quam causam. Similiter autem et de alteratione dictum est quid est alterari: et quod habet differentiam eorum. Reliquum autem considerare circa vocata elementa corporum.

Postquam philosophus determinauit in primo libro de generatione et corruptione. In hoc secundo ut dicebat determinat de natura generatorum et corruptorum. Generatio autem et corruptio naturaliter in eis rebus proprie elementaribus: quicquid enim est naturaliter generabile et corruptibile vel est elementum vel elementatum. Nam qualitates proprie actiuas et passivas sine quibus non sit transmutatio ad formam per se et primo insunt eis. Cum ergo philosophus in hoc 2º libro determinet de generatione elementorum et eorum in quodam vltimate et ut erigit libri maiorem. quod talia sunt naturaliter generabilia et corruptibilia: determinat hic de natura generatorum et corruptorum: quod determinat de corporibus naturaliter generatis et corruptis. Possumus ergo sic continuare hunc librum ad precedentem: quod in primo libro determinauit philosophus de generatione et corruptione: et de aliis motibus simplicibus: et de mixtione et tactu: et actione et passione: que deferuntur generationi et corruptioni: et corporibus generatis. In parte ista determinat de ipsis corporibus naturaliter generatis et corruptis. Circa quod tria facit: primo continuat dicta disticha. secundo assignat rationem eius quod dixerat. tertio exigitur de intentione. 2º ibi. (Sed quidem et corruptio.) 3º ibi. (Deinde autem subiectas materias.) Dicit ergo quod de mixtione et tactu. et de facere et pati dictum est quod existant in transmutationibus secundum naturam: et hoc quantum ad ea que deferuntur tam generationi quam corporibus generatis. Amplius autem dictum est de generatione et corruptione prout habet esse simpliciter: et prout est aliqua et secundum quod dictum est propter quod cum generatio et corruptio sunt in rebus: sicut dictum est de alteratione: et etiam supple de augmento: et dictum est etiam quid est alterari: et quod disticha habet eorum. i. dictum est que est differentia inter ea. Dictum est enim quod alterationis augmentum et alia hominibus differunt: et tractata sunt in primo libro. In hoc ergo secundo est reliquum considerare circa illa que sunt vocata elementa de numero corporum. **N**otandum autem dicta in primo libro reduci ad tria. scilicet generationem et corruptionem et ad simplicem motum: ut ad alterationem et augmentationem: et ad ea que seruiunt utriusque modi transmutationibus. videlicet mixtioni et tactui: et facere et pati. **D**einde cum dicit.

Generatio quidem et corruptio omnibus natura subsistentibus substantijs est non sine sensibilibus corporibus.

Assignat causas dicti dicens: quod generatio et corruptio omnibus

p. g. 90.

I. c. p.

I. c. 2.

Nondum

Nondum

I. c. 46

¶ Spaliter descendit ad opinionē Platonis: et tria facit. 3.
q. tripliciter increpat ipsum in opinione sua. secunda ibi.
(Neq. vtitur.) 3. ibi. (Sed elementis entibus.) Increpat
autem ipsum primo de insufficientia: q. indeterminate lo-
cutus est: dicens illud quod scriptum est a Platone in ty-
meo: nullam h. determinationē. i. est insufficienter: et ima-
nifeste dictū: q. non dixit manifeste q. pandebes. i. q. no
materia que est receptiva: s. q. oius separa. ab aliis: et q. no
est in potentia ad ea. non. n. declarantur que sunt declarā-
da de materia. ¶ Deinde cum dicit.

I. co. 5.

Neq; utitur nihil dicēs esse subiectū aliqđ vocatis elementis pñ: vt aurū operibus aureis: certe 7 hoc nō bene dicit hoc modo dictū. Sed quorū quide; est alteratio ita: quorū autē est generatio 7 corruptio impossibile illud enūciari ex quo generatum est.

ergo q̄ cum queritur vtrum punctus sit vbiq̄ in linea: si ly vbiq̄ respiciat partes linee: vera est: per comparationem enim ad partes linee punctus est vbiq̄. nulla est enim pars linee in qua nō sit punctus: ita iuxta quamlibet partem linee: et semper inter duas partes linee existit punctus: sed si ly vbiq̄ nō respiciat partes linee: sed puncta sic punctus nō est vbiq̄. nō ē enim punctus per comparationem ad punctum vbiq̄: cum nō sit punctus iuxta punctum: ita est sermo philosophi in littera: qui cōcedit punctum esse vbiq̄: et nō esse vbiq̄: ē at vbiq̄ in q̄tū tota linea pariter et equaliter est vna et continua: et quaelibet pars linee vbiq̄ alteri parti cōtinuat per comparationem ad partes linee est dare punctum: non autem est vbiq̄ punctus. ut in littera dicitur: q̄a plures puncti nō sunt simul vel cōsequēter: cum nō sit punctus iuxta punctum. Ad hāc autem veritatem probādā. videlet nō esse punctum vbiq̄ per comparationem ad punctum: et nō esse vnum punctum iuxta alium triplici via possumus ostēdere concedo ad tria cōueniētia. primo enī si hoc ēēt linea nō ēset quid cōtinuum. secundo aliquid ēset separabile a proprio susceptiuo. tertio ēset linea composita ex tactibus siue ex punctis. Primum autem sic ostēdit. Differentia est enim inter cōtinuum et cōtiguū: q̄a cōtinua sunt quorum vltima idem. cōtigua vero quorum vltima simul. nōq̄ enim due partes linee p̄tinuerentur nisi copularetur ad aliquem vnum communem terminū. si ergo poneretur plura puncta simul in linea. tūc ille partes linee inter quas essent illa plura puncta: nō copularetur ad aliquē vnum terminum communem. ergo nō essent cōtinue. q̄a vbiq̄ est cōtinuatio in linea nō est ibi dare plura puncta: sed vnum punctum. et q̄a tota linea ponitur cōtinua. in nulla parte linee cōtū est dare plura puncta simul nō autem est punctus vbiq̄ per comparationem ad punctum. Secūda via sic patet. nam semper super puncta potest fieri diuisio. Ideo vna pars linee potest diuidi ab alia parte: q̄a si vna pars et aliam est punctus medius super quo puncto diuisio facta separatur vna pars ab alia. si ergo essent plures puncti simul: et inter lineam et punctum ēset aliquis punctus. sicut est inter lineam et lineam. tūc facta diuisio super illo puncto medio separaretur punctus a linea. sicut separatur linea a linea: ita separaretur aliqd a proprio susceptiuo. videtur. n. linea ēē p̄p̄e susceptiuum quid puncti. he aut due rōnes sic se vñr habere. nā si quaelibet pbat q̄ nō sit dare punctum vbiq̄ per comparationem ad punctū: q̄a nō est dare plura puncta simul: p̄ma tñ rō magis improbat pluralitatem punctoꝝ simul in ipso cōtinuo: q̄a tūc ipsum p̄tinuū ēset discōtinuū. secūda autem magis improbat h̄ pluralitatem in p̄n vel in fine cōtinui: q̄ tūc a linea p̄tinua possit separari punctus: et cōtūctus aliqd tūc per se ex his absq̄ linea quod est proprium susceptiuum eius. Tertia via vñ ēē cōis vtriq̄. sump̄t. n. negādum est in cōtinuo plura puncta esse simul: q̄ tūc cōtinuū ēset ex punctis. linea. n. est ex his que cōtinuatur in ea. si plura puncta essent simul et cōtinuaretur in linea: cum hoc q̄ est impossibile punctū cōtinuari puncto: sequeretur h̄ cōueniēcia lineam cōstare ex punctis.

Ad p̄m

Opposita

ait rōnum q̄dā faciles sūt ad solvendum: q̄dam vō difficultates cōtinet. Cū gō of punctū vbiq̄ ēset: q̄ linea est vbiq̄ cōtinua: bñ arguitur q̄ respectu partium linee est punctus vbiq̄. Cum quaelibet pars linee cuilibet parti cōtinuetur: nō tñ pbat

punctū esse vbiq̄ respectu puncti: ut q̄ punctus sit iuxta punctum: q̄ hoc nō faceret ad linee cōtinuationem: sed ad diuisiōnationem. Si ergo hoc vellet p̄bare rō nō argueret p̄p̄o: sed oppo. Qd vō dicebat secūdo plura puncta ēē simul in linea: qd ostēdebat per lineam iteratam. dici d̄z: q̄ fm p̄m. 4. phisicōꝝ. Cum linea diuiditur vñus punctus sit duo puncta. In linea ergo cōtinua inter duas partes linee nō est nisi vñus punctus. sed intercidatur et partes p̄tinuetur: erunt ibi duo puncta. Qd si dicatur impossibile esse punctum diuidi in duo puncta: ppter quod responderi potest punctum per se nō posse diuidi: nec est p̄p̄e dictum q̄ punctus diuidatur in duo puncta: sed p̄ tanto verum est q̄ dicitur q̄ facta diuisione linee in duas partes: q̄ nō est dare lineam sine p̄p̄io cōtinuatio: et cōsequenti apparet ibi duo puncta per se. ergo sit diuisio partium linee. ex cōsequenti autē et quasi per accidens est generatio punctoꝝ: et q̄ illa diuisio sit super vno puncto. Ideo dictum est: q̄ vñus punctus sit duo puncta: et est quodā modo simile de generatione punctoꝝ ad diuisiōnem linee: quod est de generatione colorū ad diuisiōnem corporū. In medio enī corpore nō est color: sed i sup̄ficie. Si ergo diuidatur corpus: q̄ est ibi generatio sup̄ficierum ad generatiōem sup̄ficierum sequitur ibi generatio colorum. nō ergo arguebat ratio in linea cōtinua plura puncta esse simul: sed volebat sibi hanc difficultatem dissolui: quomodo ad diuisiōnem linee fiebat ibi generatio plurium punctoꝝ: et quomodo punctus diuidebatur in duo puncta: quod patet esse verum p̄ accidens. In quantum in puncto sit separatio partium linee ad quas sequitur pluralitas et generatio punctoꝝ. Qd tertio addēbatur q̄ linee constitute ex motu sp̄ciai supra planti commensurat se punctus. dicēdum falsum esse. Et q̄ dicebat q̄ sicut se vna cōmensurat panno et mobile spacio. sic punctus illi linee. dicēdum q̄ nō est simile. mobile enim quod cōmensurat se spacio est mobile per se: quod vero p̄ accidens mouetur: nō oportet q̄ se spacio commensuret. punctus. n. ille non mouetur p̄ se: sed spera p̄ se mouetur. p̄ accidens vō mouetur ille punctus: et alia que sunt in spera. motus enī nobis mouentur omnia que in nobis sunt. Ex hoc autem melius declaratur p̄positum in p̄ma qōne. Nā cū motus ille q̄ constituit in linea illa p̄ se respiciat speram: et p̄ accēs respiciat punctum p̄ se respiciat diuisibile: p̄ accidens quid i diuisibile. Si ergo est diuisibilis ille motus non est inconueniens: et q̄ p̄p̄m motum cōstituitur linea et non p̄mutatum esse linea cōstituit ex diuisibilibus: nō ē diuisibilis. Sed tamē decipimur in imaginatione: q̄ cum semp̄ spericum tangat plantum in puncto: credimus punctum se cōmensurare linee: sed hoc nō sequit. est. n. de tpe semp̄ instans et solū instans: et tñ instans se nō cōmensurat tpe. Et si vltimus diceretur q̄ si punctus ēset separatus per suum fluxum faceret lineā. ḡ ex indiuisibilibus p̄ se loquēdo linea cōstitueretur: cū fieret ex puncto moto p̄ se nō in alio. dici d̄z: q̄ si punctus per se existeret fm veritatem moueri non posset: quia nullum impartibile mouet. si autē competere ei motus hoc ēset fm quandā fantastica imaginationē: et sicut tali imaginatione moueret motus et fluxus ille fm imaginationē qd diuisibile ēset: linea ergo illa ēset qd imaginationē nō tñ p̄stinueret ex indiuisibilibus: ēz ex diuisibilibus: q̄ cōstitueret ex moueri et fluxu que quid diuisibile dicunt. nam h̄ fm veritatē puncto per se non possit cōpetere motus diuisibilis fm predictam imaginationē ei competere talis motus. et sicut ei competere motus diuisibilis sic cōstitueret diuisibile. ergo lineam imaginatam nō fm veritatē. Qd vō addebat. 4. mobile p̄us pertrāsīt spaciū equale sibi q̄ mai⁹ se intelligēdū ē illud de mobili p̄ se nō de mobili p̄ accēs cuiusmodi ē punctus: imo q̄ de ratiōe motus est q̄ nō sit ibi dare primum mutatuū esse: et etiam cū de rōne

Ad 1^m

T. c. 106
2. 107.

Ad 3^m

4. p̄b. 20

Ad 4^m

motus sit q^o ante omne mutatum esse precedat moveri. si
spericum per suum motum supra planum constitueret li-
neam: p^octo illi qui esset in principio motus siue in princi-
pio linee constitute per motum non esset assignare punctus
immediatum et contiguus: q^o si hoc fieri posset, tunc esset
in illo motu reperire primo mutatum esse: quod dictum e-
sse contra naturam motus: ulterius illud mutatum esse non
precederet aliquod moveri. Nam in primo p^octo illius li-
neae nec erat moveri: nec mutatum esse. Si ergo per huius-
modi motum acquireretur punctus immediatus illi p^octo
acquireretur mutatum esse quod non precederet moveri: im-
mo cum motus sit quoddam moveri: et acquirere mutatum
esse per motum, sic ipsum acquirere per moveri est dicere posse ac-
quirere punctum primo p^octo per motum sperare: q^o illud
mutatum esse non precederet moveri: et per p^octum neq^{ue} mot^{us}
acquireretur per motum: q^o non precederet mot^{us}: quod est absur-
dum. Non ergo in linea illa sic constituta per motum sperare est
dare punctum immediatum primo p^octo, et per p^octum: nec aliquid p^octo
ex quo melius declaratur veritas prime q^onis, videlicet linea
illam non esse constitutam ex punctis: cum non sint in illa li-
nea puncta puncta simul: et et apparet veritas sc^odi q^oesti, vi-
delicet non esse ubique punctum p^oportionem ad punctum: cum non sit
punctus iuxta punctum. Et hoc etiam apparet ridiculosum
esse dictum id q^o dicitur lineam illam consistere ex punctis in po^o,
nam cum in omni motu omnia mutata esse sint in potentia excepto vl-
timo: sic nullus motus constituitur ex mutatis esse: sed semper
inter duo mutata esse est dare moveri medium: cum muta-
ta esse in potentia respiciant puncta illius linee in potentia, sic
moveri respicit linea sic illa mutata esse que sunt in poten-
tia: et tunc non constitunt motum: sic illa puncta constituntur sum-
tur, ut sunt in potentia non constitunt lineam.

¶ Monetur hec q^o. Textu com^o. 9.

Q^o. X.



Artio restat declarare vtrum corpus conti-
nuum sit divisibile infinitum: et vtrum
non: q^o q^oz infinitum p^o abstractione finiti ab ipso si-
nit et p^osumat. ut vult p^oba in p^ophy. Lii § coti-
nuum de quo loqui intendimus sit q^o p^osumat p^o
p^osumat abstractione p^oba finiti ab eo finiet et consumabit. non §
ibit illa divisio in infinitum. ¶ Si § cotinuum e^o divisibile in
infinitum: tunc essent in eo infinite p^otes q^otratiue: et infinite p^o
tes q^otratiue q^otratiue mimereddu: totum infinitum. p^otinuum
§ illud sic divisibile e^o infinito: non finitum.

Notandum

¶ corpus p^oti e^o divisibile i infinitum
p^oti intelligi dupl^oter: vel i eo q^o corp^o
nale: vel i eo q^o p^oti. si intelligat in eo q^o corpus nale sic non
vadit divisio in infinitum: imo est devenire ad aliquid quod §
q^o h^o non est ulterius divisibile: et si contingeret ipsum ulterius
dividi ex p^ortiare a na sua. Est. n. dare minimam carne et mi-
nimam aquam. ut sup^oius dicebat. si § loquimur de divisione
corporis cotinui: non in eo q^o corp^o nale: sed i eo q^o p^otinuum. sic
est distinguendum de p^otes: q^o p^otes ille in quas dividit totum vel
accipiuntur § eandem q^otratiue vel § eandem p^oportionem. si ac-
cipiuntur p^o m^o: sic divisio cotinui non vadit in infinitum a ta-
to. n. corpore q^otrum est totum uniuersum toties posset ac-
cipi q^otratiue vniu^o gram milij q^o ad vltimum p^osumere § si
nitref. et § hoc p^ocedit auctoritas allegata p^oba. v. q^oz si
nitum p^o abstractione p^osumari § finiri. Si aut loquamur secun-
do modo ut accipiatur partes non § eandem q^otratiue: sed § eandem
p^oportionem p^otinuum § q^o h^o divisibile est in infinitum
potest enim dividi cotinuum in duas medietates: et vna il-
larum medietatum in duas medietates: et sic in infinitum:
sic etiam potest dividi in tres tertias vel in quatuor quar-
tas: et vna illarum tertiarum in alias tres tertias: vel vna
illarum quartarum in quatuor alias quartas. et sic in infi-
nitum: et ut sit ad vnum dicere qualitercunq^{ue} et quomodo-
cunq^{ue} accipiantur p^otes § eandem p^oportionem vadit omni-

no in infinitum: q^o totum ex hoc § q^o divisibile in partes indi-
uisibiles dividi non potest. hoc ergo est fundamentum q^oesti
ti ut ostendamus lineam: vel quod § aliud cotinuum n^oq^{ue}
posse dividi nisi in partes divisibiles: q^o h^o osteso non h^oz du-
bium q^o d^o § si totum dividit in partes divisibiles: et p^ore
divisa in partes divisibiles. si nunq^{ue} devenit ad indivisibi-
lia: in infinitum ibit divisio. hoc aut § sic declaratur. si. n.
linea debet dividi dividit super aliquo puncto. Nam sicut
punctus e^o p^otinuatus linee, sic est id super quo fit divisio li-
neae, bene dictum est: et in lectione habetur: q^o punctus est co-
positio et divisio, opposita enim nata sunt fieri circa idem.
sicut ergo in puncto fit cotinuat^o: sic in eo et super eo fit di-
visio: sed si linea dividatur super puncto: vel hoc erit sup^o p^o
cto q^o eam terminat ut super eo q^o est in capite vel in fine li-
neae: vel super puncto quod eam cotinuat quod est infra li-
neam et i linea: super puncto aut q^o est in capite vel i fine linee
non pot^{est} dividi linea, nam cum extra illud punctum nihil sit de linea
et per talem divisionem nihil absunderet de linea: rursus:
q^o per divisionem sepa^o p^o a p^ote: non pot^{est} fieri divisio nisi in
puncto: quod cotinuat partem p^oti: et q^o p^octum in p^oncipio vel
in fine linee nullus est cotinuat^o: sed solus est terminatu-
um: sup^o eo divisio fieri non poterit. fiet ergo in alio p^octo:
sed iuxta illum punctum q^o est i p^one vel in capite non est aliud
punctum cotinuum nec cotinuum: q^o punctus non est iuxta p^o
ctum. ut ostensum est: sed semper iter duo puncta cadit linea
media: in quocunq^{ue} alio p^octo fiat divisio: inter punctum
illum in quo fit divisio et punctum quod est in p^one vel in fi-
ne linee cadit linea media: p^opter q^o a linea non pot^{est} abscin-
di nisi linea: et q^o linea e^o q^o cotinuum et divisibile: a divisibili
non abscondit nisi p^o divisibilis: imo q^o dem est de tota linea
dicebat etiam de eius parte. nam et pars illa sic dividit q^o non
dividit in puncto quod est in p^one vel in fine eius: sed i quo-
cunq^{ue} alio p^octo dividit q^o non est punctum p^otinuum puncto.
tunc inter illum punctum in quo fit divisio: et punctum quod
est in p^one vel in fine cadit linea media. ergo illa linea divi-
sa dividitur in lineas et pari rone alia linea in lineas: et sic
in infinitum. Immo eo ipso q^o in puncto existit in p^one et in fi-
ne linee non potest fieri divisio: sic in alio p^octo: q^o inter il-
lum punctum et punctum: quod est in principio vel in fine ca-
dit linea media: et i quolibet linea sunt i finita puncta. Ideo
ista pars linee est divisibilis in infinitum: sicut et tota linea:
nisi quia ergo per divisionem pot^{est} p^osumi linea. tunc q^o semper divi-
ditur in lineas et in partes divisibiles. tum q^o ita est infinitum
divisibilis pars linee. sicut tota linea. Et quod dem e^o
de linea respectu puncti: intelligendum est de superficie, et
spectu linee: et de corpore respectu superficie quodlibet ergo
cotinuum est divisibile in infinitum.

Opposita

atq^{ue} his non est difficile solvere. Nam cum d^o
ut dictum est. intelligendum est de abstractione finiti § eandem
quantitatem § q^o non vadit divisio in infinitum. nos at de
tali divisioe non loquimur. ¶ Q^o at addebatur § si p^otinuum
e^o divisibile in infinitum e^o in eo infinite p^otes: et ita esset
in infinitum. dom illas p^otes non esse in actu: sed potentia: non §
arguis cotinuum esse infinitum simpl^o: sed esse infinitum
potestate et divisione: quod concedimus.

¶ Monet hec q^o. Textu com^o. 9.

Q^o. XI.



Artio restat declarare dato q^o conti-
nuum sit posse dividi in infi-
nitum. vtrum tale posse possit poni in esse: et vides q^o
sic: q^o possibili posito in esse nullum sequi ipso
sibile. ut p^obat p^oba. p^oporum. si § est posse p^oti-
nium in infinitum dicitur: et ponatur actu § cum non accidit sedue-
nienso. ¶ Amplius qua rone p^oba dicitur § vnu signu pari
ratione p^oba dicitur § § q^o quod § signum: sed si ponatur divisus
actu § vnu signu non sequitur incomueniens: § si si po-

Linea ut
q^oz ali-
ud conti-
nuum nun-
q^{ue} pot^{est} di-
vidi nisi
i p^otes di-
uisibiles

Ad p^o

Ad 2^o

p^o

2^o

2^o
T. c. 38.
al. fin^o

2^o

Non du-
pli posse
intelligi
corp^o co-
tinuum e^o
divisibi-
le in infi-
nitum.

p^oba. 38.

natur f3 quodl3 signū actu diuifum non fequitur incōue-
nienē. Amplius fi aliqua caufa eſt. quare non pōt pon-
actu diuifum in infinitum hoc eſt qd non contingit infini-
ta pertransire ſed infinita eſſe pertransita eſt inconueniens
in tempore finito. In tempore autem infinito infinita per-
transire non eſt inconueniens: immo eſt neceſſarium.
Non enim poſſet mobile eſſe ita tardum qd ſi moueretur
per infinitum tempus quin tranſiret in infinitum ſpaciū.
Nam quātūmcūqz mobile moueretur in hora vel in die
vel in anno. vtpote ſi per tota3 diem non iret niſi per vni
palmum: vel etiam per mille annos non iret plus in tēpo-
re infinito ſunt infiniti dies infiniti anni infinita millia an-
norum. tranſiret ergo in infinito tpe infinitos palmos: ita
infinitum ſpaciū. per ſe ergo eſt qd per tempus infinitū
pertranſeuntur infinita: ſed in hi3 que ſunt per ſe opoz-
tet loqui de vno vt loquimur de alio. ſicut ergo eſt infini-
tum id quod ponitur pertranſitum ita ſufficit ponere infi-
nitum tempus in quo pertranſeatur. Continuum autem
nō poſitū in infinitum extensione ſed diuifione. Cū g qdlibz
tempus ſit diuifione infinitū in quolibet tempore poterit
pertranſiri tota diuifio continui.

Notandum

aut de hoc apud quosdā opinionēs
eſſe. qdam. n. dixerunt qd nō qdlibz
poſſe d3 poni in eſſe ſive in actu. eſt. n. aliqd poſſe qd ſi pone-
retur in eſſe ſequeretur inde ipſe: et huiusmodi poſſe vt di-
cūt eſt iſtud. videlz qd cōtinuū eſt diuifibile in infinitū. ſi. n.
poneret in eſſe ſequeret inde inconueniens. ¶ Sed hoc di-
cere eſt negare id quod eſt quaſi per ſe notum. i. qd poſſibi-
li poſito in eſſe nō ſequit impoſſe. illud. n. ſequit ad aliquid
qd aliquo modo claudat in ipſo. ſi ergo ad poſſe ſequeretur
impoſſe in ipſo poſſibili clauderet et contineret impoſſibili-
tas: quod eſt inconueniens. Ideo intendendum eſt aliter
¶ Sciendū ergo qd potentia ſemper ſumit reſpectu act⁹.
vt vult pbus. 3. metaphy. ſi g de rōne potētie eſt qd ſit in or-
dine ad actum. ſicut fruſtra eſt illud quod nō cōſequit ſi-
nem: et id ad qd ordinat: ita fruſtra eſt potentia que nō eſt
reducibilis ad actum. Sed cū magna diligentia attendē-
dū eſt que potentia ad que actū ordinat: p. n. nos nega-
re poſſe poſſe poni in eſſe: qd decipimur per fallaciam acci-
dentis. nō. n. comparamus potentia ad actū ad que ordi-
nat: ſed ad eū ad que nō ordinatur: et qd accidit potētie et ex-
tranēu eſt ab ipſa cōpata ad talē actum. ſi ponat in eſſe re-
ſpectu illius actus: ſequat inde impoſſe non mirabit vtr
intelligens. ¶ It aut facit ad propoſitū dicamus qd duplex
eſt actus. in fieri. et in facto eſſe: poſſibilitati autē diuidi in
infinitū accidit: et extraneum eſt ab ea comparari ad actū
in facto eſſe: per ſe aut eſt talis potētie comparari ad actū
in fieri. ¶ 3o pba 3o phy. loquēs de infinito ait: qd infinitum
non opz accipe. ſicut aliqd exiſtens in actu et in facto eē vt
hoiēm: aut hō: ſed eſſe infinitū eſt. ſicut dies et agō: quib⁹
eſſe nō eſt vt ſubā quedā facta: ſed ſemp in eo quod aliqd
fit. ſi ergo de rōne infiniti eſt eſſe in fieri et nō in facto eē: po-
tētia reſpectu infiniti pōt poni in actu: qd alr eſſet fruſtra il-
la potentia: ſed d3 poni in actu in fieri: nō in facto eſſe: et ſi
ſic ponatur in actu poſſibilitas diuifionis cōtinui vt qd po-
natur nō in diuifio eſſet ſed in ſemper diuidi in nullū ſequit
incōueniē: poſſe eſt ergo cōtinuū diuidi in infinitū et ſi nō
diuidat. tñ ſi diuideret in infinitū fm actū in fieri ex parte
cōtinui nulluz oziret impoſſibile. ¶ Ex hoc aut ſoluitur
oēs rōnes democriti. oēs aut rōnes ille pcedebant ac ſi di-
uiſio continui reſpiceret actum in facto eſſe. Nam rōnes p-
me ſumpte ex parte ſigni diuiſui: qd poterat diuidi ſecun-
dum quodcūqz ſignū diuiſui: ſupponēbat qd ponereſ
ſic in actu diuiſui: et hoc poſito arguebat reliquū diuiſio-
nis eſſe corpora in diuiſibilia: non magnitudines diuiſibiles:
non ſuperficies: non aliquid aliud. ſic etiam rōnes ſumpte

ex parte ſigni cōtinuatiui ex hac ſuppoſitiōe procedebat.
nam qd nō videbatur democrito cōueniens eſſe cōtinuū
poſſe diuidi f3 quodl3 ſignū cōtinuatiui: niſi talis diuiſio
poſſet compleri et terminari: poſſet pōi in facto eſſe. ideo
arguebat qd ſi eſſet hoc poſſibile fieri: poſſet ergo cōpus eē
actu diuiſum fm qd cūqz ſignū cōtinuatiui: qua diuiſio-
ne facta reſolueret corpus in ſcōtinua: ſive quod idē eſt in
icōporea: ppter quod volebat Democritus hñe eē aliqua
cōtinuatiua in corporebus que non erant diſiua: ppter
quod completa diuiſione fm quodlibet ſignū diuiſui
remanentibus ſignis cōtinuatiuis remanebant corpora
cōtinua indiuiſa. ¶ Poſſet autem dici contra rationes
democriti: et cōtra id quod opz ſupponere in rationib⁹ eius
id quod ait pba: qd idē eſt cōpoſitio et diuiſio. idē eſt
ſignū cōtinuatiuum et diuiſiū: in hoc tamē pbus nō
multū inſiſtit: qd vera ſolō rōnum eius eſt oſtendere diui-
ſionem continui nō reſpicere actū in facto eſſe vt ipſe ſup-
ponebat: ſed in fieri. oſtendere autē diuiſionem cōtinui re-
ſpicere actum in fieri et in diuidi: nō indiuiſo eſſet eſt oſten-
dere ipſum didi in infinito. Cū ergo pbus in littera oſten-
dat punctum nō eſſe vbiqz: qd non eſt punctus iuxta pun-
ctum: nec ſunt plures puncti ſimul: et conſequenter nec eſt
diuiſibilis linea in puncto contiguo ali3 puncto: ſed in
pūcto medio inter duas lineas ſemper linea diuidetur in li-
neas: et diuiſibile ſemper diuidetur in partes diuiſibiles: ab-
ergo diuiſio continui in infinitum: et talis poſſibilitas re-
ſpiciet actum in fieri: non in facto eſſe. latet ergo democri-
paralogiſmus arguens de diuiſione continui ac ſi reſpici-
ret actū in facto eſſe: quo ſublato et oſſe qd reſpiciet actū
in fieri: rōnes eius non concludunt.

Oppoſita

aut hi3 ſunt ſolubilia. Nam cum argu-
tur qd poſſibili poſito in eſſe nō ſequit
inconueniens. verum eſt ſi ponat eſſe actū fm qd poſſi-
bile. habitu eſt aut h3 poſſibilitatem nō ordinari ad actū
in facto eſſe: ſed in fieri. ¶ Qd aut addēbat ſectido qd qua-
rōne pōt diuidi fm vni ſignū pari ratione et fm omne. di-
ci poſſet qd nō eſt ſimile: qd diuiſio fm omne ſignū: cum
italia ſigna ſint infinita: et infinitum nō ſit vt res facta ſed
vt in fieri: de neceſſitate reſpiciet actum in fieri non in facto
eſſe: ſed quodlibet ſignū in ſe ſinitum eſt: ppter quod
non repugnat talem diuiſionem reſpicere actum in facto
eſſe. poſſet ergo eſſe actū diuiſum fm quodlibet ſignū
in ſe nō ſectiduz omnia ſigna ſimul. ¶ Sed forte per hoc
non quieſcit intellectus. Sed dicet poſitionem illam oīa
ſigna ſimul reſpicere. quā ratione ergo poſſet poni actū di-
uiſum in vno ſigno: pari ratione etiam in alio et i quolibz.
¶ Ideo notādū qd vt communiter ponitur cōtra rōem
ſucceſſiuorum eſt ſimultas. de ratiōe enim motus eſt par-
tes eius nō eſſe ſimul. quicquid ergo reſpiciet actū in fieri
quātūmcūqz potētia reſpiciat totum actum: actus tamen
ille non poſſet poni ſimul: et ea que ſucceſſiue reſpiciuntur
ſimul eſſe non poſſunt. nam ſi poneretur materia nuda in
potentia ad omnes formas: et qd non magis reſpiceret vnā
formam q3 aliam: tamē qd ordinem habet ad omnes for-
mas: ſed ſeparatis poſſet poni ſub qualibet forma: nō tamē
poſſet poni ſimul ſub omni forma: oſtenſo ergo poſſibili-
tate diuiſionis continui reſpicere actū in fieri: qd de rōne ta-
lis actus eſt qd nō ſit ſimul: quātūmcūqz ponatur poſſe eſſe
actu diuiſum fm qdlibet ſignū ſeparatim fm omnia ſigna
ſimul nō poſſet eſſe diuiſum. ¶ Aduertendum autē hāc
eſſe differentiam inter hunc actum ſucceſſiui et alios ſuc-
ceſſiuos: ga licet de rōne cuiuslibet actus ſucceſſiui ſit non
habere partes ſimul: tamen ſi ille actus ſit ſinitus p. oēs
partes eius eſſe acceptas. Diuiſio autē cōtinui rōne ſucceſ-
ſionis nō pōt ſil fieri rōe iſinitatis quā implicat nunq3 pōt
terminari illa diuiſio: immo qd formale i tali diuiſioe eſt

I. c. 9.

Ad p.

Ad 2.

Dubius

p.

p.

p. rñone

p. pba
I. c. 17

al. pari

I. c. 38.

Solo rō
nū oem.

Ad 4^m

finitas: cum non sit ibi infinitas propter successionem: sed successio propter infinitatem. Cum de ratione infiniti sit non pertransiri nunquam erit completa illa diuisio. **¶** Quid autem addebat de infinitate diuisionis temporis, dicendum illam rationem implicare difficultatem. nam velox equus nunquam iungeret fornicam si essent in motu mutata esse in actu. ut si equus moueretur per medietates palmi: ibi susteret: et postea per medietates medietatis: ibi susteret: quod contra est diuisibile in infinitum: nunquam per motum suum compleret totum palmum: sic quod quando diuidit continuu: quod quilibet pars habet esse per se et separatam: et sunt ibi diuisa esse in actu: ideo nunquam completur diuisio eius: non est ergo simile quod inducitur pro simili: quod quilibet tempus est diuisibile in infinitum: sed partes eius sunt in potentia. tunc ergo esset simile si figerentur in tempore partes infinitae in actu: et tunc bene possent in illis infinitis partibus temporis abscondi infinite partes a continuo. Sed quod primum est impossibile: et deficit ergo arguere: quod accipiebat infinitatem temporis in potentia: et volebat arguere infinitam diuisionem continui in partes in actu.

T. c. iii.

¶ **Terminatis** autem his primo et secundo declaranda sunt tria. primo enim declarandum est. utrum aliquid possit generari ex non ente simpliciter siue ex non ente vniuersaliter. secundo dato quod non declarandum erit. utrum possit aliquid corrumpi in non ente simpliciter. tertio: quod ens in potentia videtur esse simpliciter non ens per comparisonem ad actum: declarabitur. utrum tale ens possit habere esse separatam ab omni actu.

¶ Mouetur hec questio. Textu comm. 11. Q. XII.

6^m

¶ **Arca** primum sic proceditur. videtur quod ex non ente simpliciter possit aliquid generari. Cum enim generatur leo quodammodo forma eius erat in materia ante generationem leonis: vel non: non potest dici formam leonis fuisse in materia ante generationem ipsius: quod si erat ibi: vel hoc erat forma esse vel forma essentiam. forma esse non: quod cum generatione terminet ad esse: et genitum acquirat esse per generationem: si fuisset esse leonis in materia ante sui generationem: habuisset leo esse antequam esset genitus. si autem erat ibi forma forma essentiam: cum essentia immediate respiciat esse. si esset ibi forma leonis forma essentiam: esset ibi forma esse: esset ergo leo genitus a se sua generatione: quod est inconueniens. **¶** Amplius minus de entitate habet materia quam forma. Cum semper actus sit potior potentia. Sed agens naturale potest in productione forme. Cum tamen forma non sit facta de aliquo. multo magis poterit in productione materiæ: non obstante quod materia forma quod habet non sit ex alia. Cum in materia non adeo referretur ratio entitatis ut in forma.

2^m

¶ **Notandum** est modum Aristotelis fuisse determinatum de mouentibus et de ordine mouentium. sic ergo motus aliqui sunt potiores aliqui posterioriores: aliqui videntur aliqui quasi perfectiores. Ita posuit mouentia prima ut vniuersalia posse in motus videri et primos. mouentia vero secunda. et quod particularia posse in motus secundarios. et quod particulares. Inter motus autem motus ad vbi sunt quasi motus primi: et videntur vniuersales sunt: quod competunt omnibus corporibus physicis. nullum enim corpus de consideratione naturalis quod non sit mobile. 3^o probatur. 7. physicorum. quod omne corpus mobile et omne mobile corpus. utrum autem sit corpus aliquod dare immobile non est per se in inquisitionis. Rursus motus ad vbi est motus primus: quod est ratio et causa omnium aliorum motuum. posuerunt ergo peripatetici mouentia prima et vbi mouere solum forma motu ad vbi. vltimus vero: quod inter ipsos motus ad vbi sunt aliqui potiores aliqui posterioriores: non posuerunt dicta mouentia

mouere immediate forma quolibet motum ad vbi: sed solum mouere forma illum motu ad vbi forma quod mouentur supercelestia corpora: quod ille motus est vltior et primus. utrum autem sit verum: quod mouentia vbi alio motu moueri non possunt nisi motu quo mouentur supercelestia corpora: et utrum inter illos motores sit motor alius: in quo tota resideat auctoritas et potestas ut possit sine secundis causis quolibet motum tam ad vbi quam ad formam efficere non est per se speculatio: sed si vita comes et facultas aderit: frangemus hanc cathenam: ostendentes in primo principio plenam residere potentiam: et non indigere secundis causis ad productionem alicuius effectus. Ad primum tamen in tunc dictum sit quod quod sit de possibilitate forma ordinem quem videmus: nunquam producat aliquod generabile nisi ad generationem eius concurrat actio alicuius corporis et alicuius rei materialis: propter quod forma ordinem qui innotescit nobis ex sensibus loquendo de motu: ad formam vera est illa propositio. Comm. in. 7. quod nullum immateriale male transmutat. Cuius forma forma ordinem quem videmus ad generationem cuiuslibet generabilis concurrat actio alicuius corporis et agentis particularis. ostendere possumus triplici via quod ex non ente simpliciter et vniuersaliter non potest aliquid generari: non solum materialiter. ut quod ipsum nihil sit materia alicuius: sed quod nec ordinabiliter: ut quod post ipsum nihil fiat aliquid: sed de via quas dicemus non ostendunt istud esse impossibile simpliciter: quod generationes que innotescunt nobis ex sensibus ad quas concurrat actio secundorum agentium: quod non spectat ad naturale secundum quod habet alias generationes ponere: quod nos de naturalibus intendimus sermone facere: sufficit modo quod dictum est: tales generationes improbare. prima autem via sumitur ex ordine agentium. secunda vero ex ipso motu per quem agentia particularia transmutant et agunt. tertia quod accipit ex ipso modo agendi secundorum agentium. **¶** Prima via sic patet. Nam quanto agens est superior. tanto pauciora presupponit: et quanto inferior. plura. hec autem agentia se habent per ordinem. ars. natura. et prima causa. ars. enim est inferior natura: et imitatur naturam in quibus potest: sicut ars imitatur naturam: sic natura imitatur diuinum ordinem et diuinam dispositionem. unde Comm. 12. metaphysicorum. super illo capitulo. Manifestum quod nullo modo indigentia sunt forme: vel quod sint ydee. vult quod calores et alia que in istis inferioribus generantur habent mensuras proprias ex quantitatibus motuum stellarum: et ex dispositionibus illarum adinuicem in propinquitate et remotione: et subdit quod ista mensura provenit ab arte diuina et intellectuali. ars ergo secundum ordinem agentium plura presupponit quam natura: et natura plura quam primum principium. Et ideo videmus artem presupponere materiam et formam substantialem. non potest enim ars nisi in transmutatione accidentalis forme. 3^o deo dicitur Comm. 2. secundum physicorum: quod omnes forme artificiales sunt accidentia. natura vero presupponit materiam non formam. possunt enim actione nature ipse forme substantiales cedere in potentiam materię: quod si diceretur naturam nihil presupponere: neque materiam: neque formam in sui actione: non esset aliud dicere quam naturam esse agens primum. loquendo ergo de generatione naturali ad quam pertinet actio nature: semper talis generatio non est ex non ente vniuersaliter: sed ex presuppositione materie. Cum natura non sit agens primum: sed agit aliquo presupposito. **¶** Secunda via sumitur ex ipso motu forma quem sit transmutatio naturalis. Cum enim natura non agat nisi per motum et transmutationem: et cum motus sit id quod operatur presupponere naturalem primum. ut innotuit primo physicorum: quod motus semper requirit mobile: cum sit actus mobilis: nunquam natura potest agere nullo presupposito: cum agat per transmutationem et motum: sed semper requirit materiam et subiectum in que suscipiat motum ille. **¶** Tertia via sumitur ex modo agendi. Nam cum

Com. 3^a

6^a via

Com. 18
T. c. 18.

Com. 7.

2^a via

3^a via

al. 7. q.

T. c. 2. d.

agens naturale non fit sua virtus: sed virtus eius fit: sicut aliquid super additum essentie huiusmodi agens per suas substantiales formas non immediate attingit passum: sed forma substantialis eius attingit ipsum me^m virtute: et me^m aliqua forma accidentali. sicut ignis non attingit calefactibile in me^m per formam substantialem eius: sed forma substantialis ignis attingit huiusmodi passum me^m calore: cum non sit in igne aliqua virtus activa nisi calor. vt vult Commenta. 7. metaphys. et qz sicut agens attingit passum sic sibi ipsum assimilatur. sicut agens naturale immediate attingit passum fm formam accidentales qz fm substantiales: per prius assimilatur sibi ipsum in accidentalibus qz in substantialibus: et qz accidentia sine subiecto esse non possunt. Ideo agens naturale in omni sua actione presupponit matiam et subiectum. nulla ergo factio naturalis erit ex non ente vltius: omnis talis factio fiat aliquo presupposito.

Com. 23
7. 31. 7.
12. m. 18.

Ad p^m

Opposita

aut his non est difficile soluere. Nam cum arguitur forma fit ex nihilo: quia nihil forma erit in materia ante factionem eius: procedit ratio ex falsa imaginatione. non enim imaginari debemus quod fiat forma nec materia: sed fit compositum per se loquendo: qui enim sustinere vellet formam per se fieri: oportet eum dicere formam esse ex nihilo: tamen ut aliquo modo intellectus quiet fiat: sufficit presupponere materiam: de cuius potentia educitur forma: ad hoc quod non fiat vniuersaliter ex nihilo: sed de hoc alibi diffusius differemus. **Q^o** autem vltius addebatur: quod potest agens naturale in productionem materie: cum possit in productionem forme: quia forma plus habet de entitate quam materia: dicitur non esse per maiorem vel minorem entitatem quod agens naturale potest in productionem forme: non autem materiam: sed quod de ratione eius est agere aliquo presupposito quod sit susceptivum transmutationis et motus: et in educatione forme de potentia materiae presupponit aliquid ut materia. In productione vero materiae non potest aliquid presupponi. ideo repugnat agenti naturali agere sine presuppositione materiae: non autem repugnat ei de potentia educere formam. Ad formam arguebat dicitur potest quod forma quod spectat ad propositum plus est producere materiam quam educere formam de potentia eius. Cum vni excedat virtutem nature: aliud vero non.

Ad 2^m

¶ Mouet hec qd. Textu com. 11.

Q^o. XIII.

p^m



Secundo

dato generatione non posse fieri nisi ex vi non ente siue ex nihilo. Restat declarare verum aliquid possit corrumpi in nihil: et vbi quod agens possit redigere in nihil. omne agens vel est agens primum vel secundum. Agens autem primum ut probabitur potest aliquid in nihil redigere. dictum est enim quod est ordo subtorum secundum ordinem agentium: et e converso. quanto. n. agens est minus primum tanto in agendo plura presupponit. agens ergo oio primum agit nullo presupposito. potest ergo aliquid ex nihilo produci: sed quod potest aliquid ex nihilo producere: potest ipsum in nihilum redigere. qz agens primum potest aliquid conuere in pure nihil. **¶** Amplius hoc potest agens secundum: quod redigere aliquid in nihil non est efficere sed deficere: quanto agentia sunt magis defectiua tanto magis hoc poterunt: agentia ergo secundum in quibus reperitur aliquid defectus poterunt: quod dictum est. **¶** Amplius non est simile in faciendo aliquid ex nihilo et in reducendo aliquid in nihil: quia cum sit aliquid ex nihilo habet factio non presupponit aliquod subiectum: sed potest aliquid corrumpi in nihil: et tunc illa actio presupponit aliquod susceptivum. si. n. omnis forma et omnis actus qui est in materia redigetur in potentiam materie. semper illa factio presupponeret materiam tanquam subiectum: tamen si factio non redigetur aliquid in nihil: quia materia non posset existere sine omni actu. si ergo tota causa. quare agentia naturalia non possunt aliquid facere ex nihilo: et quod presupponit materiam et subiectum: poterit aliquid redigere in nihil. Cum ostensum sit hoc fieri posse presuppo-

nendo materiam. **¶** Amplius agens naturale: id presupponat materiam non presupponit formam: quia si presupponeret materiam et formam naturaliter nulla esset generatio et corruptio. Id ergo agens naturale potentia tollendi formas: sed quod potest tollere formas potest et materiam tollere. Cum materia absque forma naturaliter esse non possit: sed si tolleretur materiam et formam redigetur aliquid in pure nihil. talis ergo redactio non est impossibilis.

Notandum

ergo quod ut agebat in arguendo ordo subiectorum est secundum ordinem agentium. et agentis primum est agere nullo presupposito. si. n. agens primum in sua actione aliquid presupponeret: cum causalitas agentis se non extendat ad id quod presupponit: et aliquid in effectu ad quod se non extendere causalitas agentis primum: quod de ratione agentis primum est esse vlem tam oium. Cum semper primum sit causa totius. ut probabitur. 2^o metaphys. dicere primum agens agere aliquo presupposito: et esse aliquid in effectu: ad quod se non extendat causalitas agentis primum: est dicere primum non esse primum. pcederet ergo probatur. ex quo potest primum tam totius entis: quod actio eius secundum quod habet nihil presupponit: et tunc non cederet quod ex nihilo posset aliquid facere vel quod posset aliquid redigere in nihil: sed diceret quod idem manens idem semper facit idem. Ideo ab agente primum non potest immediate aliquid notum pcedere. Si ergo aliquid nouum pcedit ab eo hoc erit mediantebus secundis: quibus potest contingere novitas et transmutatio. si ergo non requireret actio secundorum agentis ad novitatem effectus: diceret probatur: quod posset aliquid de nouo ex nihilo produci vel in nihilum redigi. Cum actio primum agentis sit totius entis causa: et nihil presupponat: sed quia ad oem talem novitatem concurret actio secundorum agentium: quia talis causalitas est agere aliquo presupposito. ideo ex nihilo fieri potest: propter quod conclusit dictus probatur simpliciter esse impossibile ex nihilo aliquid fieri vel in nihilum redigi: ex quo est impossibile secundis agentibus: quia talia absque motu et transmutatione fieri non possunt. Quia autem actio primum agentis se parari possit ab actione agentium secundorum non patet probatur. cum loquamur de naturalibus: et talia non immutentur nobis per sensum siue per sensibilia: a quibus non abstrahit naturalis. Id philosophus non potest aliquid produci ex nihilo et non potest posse procedere nouum a agente absque actione secundarum causarum non peccauit: immo tenebat non ponere quia erat preter primum naturalis probatur. In qua sic ponit tamen: primum motus et transmutatio. qz habet probatur. transmutationem et motum producant in esse. talia non debent ponere philosophus naturalis. Sed id non peccauit probatur in non potest predicta: peccauit tamen in nequendo ea. Nam si non spectat ad qualis sciam ponere qualis vitat: spectat tamen ad oem scientiam non ponere aliquam falsitatem: propter quod si naturalis probatur non debet ponere deum posse de nouo aliquid ex nihilo producere vel in nihilum redigere: quod hoc erat preter naturalis philosophie principia: tamen non debuit hoc negare. qz cum de naturalibus differamus: non est nobis ponendum posse fieri aliquid ex nihilo vel in nihilum redigi: cum si fieri non valeat per transmutationem et motum: et ad hoc se non extendat causalitas naturalium principiorum. verum quod quia agentia secundum et naturales cause non possunt aliquid ex nihilo produci aperiebat questio antecessor: reliquum est ut quomodo dicte cause non possunt aliquid in nihil redigere presens questio manifestat: quod triplici via venari possumus. **¶** Prima sumit ex parte forme. secundum da ex parte materiae tertia ex parte motus. **¶** Prima via sic patet. Nam licet tempore sint simul remotio vnius forme et introductio alterius: ex parte tamen agentis prius est introducere formam propositam quam remouere oppositam. non enim remouet nisi introducendo. de ratione enim agentis est assimilare sibi passum ut de ratione calefactiui est calefacere: de intentione enim calefactiui est inducere calorem. verum quia cum calore non stat frigiditas inducendo calorem re-

4^m

I. c. 4

28. 55.

p^a via

motus frigiditatem. Quia ergo non sit posterius absque po-
ri: nec sit quod ex consequenti absque principali: nunquam
erit remotio unius forme sine introductione alterius. Non
ergo erit corruptio sine generatione. Et quia agens natura-
le semper in sui actione supponit subiectum si possit aliquid
semper redigere in nihil: hoc solum contingeret in quantum
posset expoliare materiam ab omni forma. ut in arguendo
tangebatur: que sic expoliata cederet in nihil: quia non posset
subsistere: cum sit ostensum naturale agens non posse ex-
poliare materiam una forma: nisi eam induat aliam quia quod semel
est aliquid non nihil esse potest. **Secunda** via ad ostendendum hoc
idem sumitur ex parte materiae: materia enim ovis pura absque omni forma
non potest esse subiecta motui et transmutationi. ut vult Com-
men. 8. per philosophum. si ergo poneret materiam habere per se esse: actio
naturalium causarum: quare est agere per transmutationem et mo-
tus non se excederet ad eam. Cum ergo per actionem naturalium principiorum
transmutabile non possit fieri intrasmutabile: quia tunc illa prius
ageret ultra suam speciem: fieri non potest ut per actionem secundorum
agentium et naturalium causa: absolute materia ab omni forma et effugi-
at transmutationes et motus: quia ut tactus est non potest aliquid
in nihil redigi nisi per expoliationem. sequitur ergo idem quod prius.
Tercia via sumitur ex parte motus: motus enim semper respicit
speciem ex termino ad quem: non ex termino a quo. id vult philo-
sophus per philosophum. quia motus ex nigredine ad albedinem debet dici deni-
gratio: non dealbatio. si ergo agens naturale cum agat per motum et
transmutationem expelleret unam formam absque intro-
ductione alterius: motus ille per quem hoc efficeret: quod solu-
tus esset a forma non ad formam non esset in genere: cuius determi-
netur motus ad genus et ad speciem: non ut est a forma et a prin-
cipio a quo: sed ut est ad formam et ad terminum ad quem. ergo ab
agente naturali quod est quid determinatum in genere procederet
motus non determinatus ad aliquod genus: quod inconve-
niens. Impossibile est ergo quod sit motus a forma nisi sit ad
formam: et quod sit corruptio unius nisi sit generatio alterius. Nihil
ergo expoliabitur materia ultra ab omni forma: propter quod nunquam redigetur
aliquid in nihil: quod probare volebamus.

Monetur hec quod. Textu comen. 12.

Qd. XIII.



Eratio restat declarare utrum materia possit ubi
bere esse separati ab omni actu:
ut quod sic: quia prius potest esse absque posterius: et res
potest esse absque eo quod non est de ratione eius: sed est
essentiale sit materie esse in potentia. ut dicit Com-
men. in de substantia orbis. actus non erit de ratione materiae. po-
terit ergo esse materia separata ab omni actu. **Amplius** cetera for-
me comparate ad materiam habet quedam modum accitum: cum
materia sit sub ista forma modo sub illa. sicut subiectum modo est
sub hoc accidente modo sub illo. Cum ergo suba forma per philosophum. 7. metaph.
sit prior accidente cognitione diffinitio: et tunc poterit habere
esse separatum ab omni eo quod respectu eius videtur ha-
bere rationem accidentis: sed omnes forme videntur esse
habere respectu materie. ergo etc.

Et autem spectat ad veritatem quasi dicere possu-
mus materiam non posse habere esse separati ab
omni actu: sed separari possit ab hoc actu et ab illo. **Ad** hu-
ius autem evidenciam distinguendum est de actu et de separatione:
actus autem tripliciter distingui potest. videlicet. forma. esse. et agere.
forma. n. quod actus est: quod est actus et perfectio materiae: esse autem
habere rationem actus: quod est actus forme. agere autem habere rationem
actus quod sui nomine ostendit. hi autem tres actus sic se habent per or-
dinem: quia agere presupponit esse: et esse forma: agere enim
presupponit esse: quia res sicut se habet ad esse: ita se habet ad agere.
unum quodque. n. agens sic agit ut est in actu: esse autem presup-
ponit forma sicut actus id cuius est actus. esse autem presup-
ponit calor et esse calidum et calefacere. Calefacere. n. designat et
est actum quod est agere esse calidum qui est esse. Calor enim im-
portat actum quod est forma: et constat quod unumque per se loquen-
do calefacere presupponit calidum esse: esse vero calidum presuppo-
nit forma caloris. possunt autem hi actus sic nominari: quia for-
ma dicitur actus oino prius. agere vero est actus oino secun-
dus. esse vero est aliquo modo prius: aliquo modo secundus: quia
respectu forme est actus secundus. respectu agere est actus
prius. Inter hos vero actus habet repem conuersionem. nam si intellectum
inter nullos eorum est conuersionem: quia si intellectus non habet
actus agere infert esse: esse vero non infert agere. potest. n. intelli-
gi res esse absque eo quod intelligat agere. sic est si esse infert for-
mam. ut quia non possumus intelligere rem esse non intellecto eam
habere formam: possunt tamen intelligere materiam et formam rem: non intel-
lecto eius esse. sic est per intellectum separatum. ut inter nullos eorum
sit conuersionem: quia si intellectus non habet intellectum inter ali-
quod eorum reperitur conuersionem: Nam licet forte inter agere
et esse: nec forma intellectus: nec forma essentia sit conuersionem: quia
quia potest res esse absque eo quod agat: tamen inter esse et formam habet essen-
tia non inuenitur separatio. si. n. est habere formam et si habet formam
habet esse. habet autem bona causam cuius agere presupponat esse sicut
esse formam: quare non est conuersionem inter esse et agere sicut in-
ter formam et esse: sed hoc ostendere non est proprium speculationis.
Attendendum tamen maiorem conuersionem esse inter esse et for-
mam quod inter agere et esse. **Uiso** quot modis dicitur actus
et quod ordine et qua conuersionem habet ad invicem: restat videre
quot modis dicitur aliquid separari: hoc autem ut ad presens spe-
ctat contingit dupliciter: essentia: et intellectu. Cum ergo queris
utrum materia possit separari ab omni actu. ab actu omni
non potest a forma non potest separari: nec essentia: nec intelle-
ctus: ab actu tamen oino secundo ut ab agere separari potest et eri-
stentia et intellectu: ab actu quidem medio ut ab esse quod est
medium inter formas et agere separari potest medio modo. vs.
intellectus non essentia. Quia autem ab agere possit utroque
modo separari sic patet. Nos enim hic loquimur de agere
ut est actus transiens in aliquod exterius: non existens
ergo exteriori materia preparata. potest res esse absque
eo quod agat: quia non presente calefactibili potest esse res

2^a via

Co. 4.

3^a via
T. c. 4.
7. 48.

Ad 1^m

Ad 2^m

Ad 3^m

Ad 4^m

Opposita autem his non est difficile soluere. Nam cum
dicitur quod agens per se potest hoc efficere: quia potest
agere nullo presupposito. dicitur potest quod forma ea que nobis in-
notescunt sensui: non procedit aliquid nouum ab agente prius
si mediantibus agentibus secundis. sufficit ergo habere repugna-
re agentibus secundis ad hoc quod naturalis philosophia non debeat illud
ponere: cum illud naturaliter fieri non possit. utrum autem aliter fieri valeat
non est presentis speculationis. **Quod** autem addebatur secundo
quod agentia secunda habent poterat: quia redigere est deficere: et talia
agentia si quodammodo defectiva. ad omne quod si totus effectus forma
agentia si quodammodo defectiva. ad omne quod si totus effectus forma
sui totalitatem debet cessare esse: et redigi in nihil per defe-
ctus aliquos cause efficientis: hoc non erit nisi per causas
illam que sit causa totius entis: et quia hoc non competit agen-
tibus naturalibus. Ideo per defectum talium causarum non
potest aliquid in pure nihil redigi. **Quod** autem addebatur ter-
tio agens naturale posse redigere in nihil: quia potest habere effici-
tio agens naturale posse redigere in nihil: quia potest habere effici-
supponendo materiam in quam agat. dicitur potest quod sicut agens
naturale supponit materiam: ita supponit debitum modum agen-
di. sicut enim non potest agere nisi supponendo hoc subiectum:
ita non potest agere nisi modo et ordine quo est aptum nature
agere: et quia modus uniuersalium principiorum est nunquam
spoliare materiam ab una forma nisi induat eam aliam: nunquam
erit per actionem talium causarum expoliata materia ultra ab omni
forma: propter quod possit in nihilo redigi ut ratio arguebat.
Quod autem addebatur quarto: quia quod agens naturale po-
test tollere formam potest tollere materiam: propter quod potest tol-
lere hanc formam et illam: non tamen potest tollere omnem formam.
Cum non tollat unam formam nisi aliam introducat: et quia
non tollitur materia nisi tollatur omnis forma: propter quod nun-
quam tollatur nec redigetur in pure nihil.

1^m

2^m

T. c. 4.

Diff. de
actu et se-
paratoe

